boni in pximo qd ipse non habet: vel
aliquid mali esse in se qd in alio non ē
⁊ sic absq̧ falsitate pōt se credē ⁊ pnū
ciare oībus viliorem sm defectus occl'
tos quos in se recognoscit ⁊ dona dei
q̄ in aliis latent. A. Con. Ul. vt in sum.
con. li° 3°. ti. 33. q. 274. Et iō ppter quod
cunq̧ pctm̄ qd in pximo videm' nō de
bem' nosipos illi in nostra existimatō
ne pferre ppter bonū quod potest in
illo latere. ⁊ q2 forte i nobis ē mai' vl'
simile pctm̄: vel saltem oīo esse potest
Uñ Beda i omel. sabbati tertie domi
nice in quadragesima. Euenit sepe vt
q homicidā publice peccantē iudicāt:

peius odioꝝ malũ quo ipsi i secreto depulsant nõ sentiãt. Qui fornicatorẽ accusant pestẽ supbie qua de sua castitate extolluntˀ ignorant. Qui ebriosuȝ cõdẽnant: virꝰ inuidie quo excedũtur ipse nõ videãt. Quid gº nobis in hiꝰ periculis remediũ? Quid restat salutis nisi vt cũ peccãteȝ cõspicimꝰ aliũ mox iclinemus deorsũ? i. ꝙ deiecti ex nr̃e cõditõe fragilitatis simus si nos diuina pietas non sustẽtet hũilitˀ ĩspiciamꝰ. B.

Iactantia quid sit? R. scd̃m Tho. scd̃a scd̃e. q. 112. Iactãtia ꝓprie importat ꝙ hõ verbis se extollat dicẽdo de se aliquid qd̃ supra se est. Hoc aũt contingit dupliciṫ. Qñq̃. n. aliquis loqtur de se: nõ qdem sup̃ id qd̃ est i se: sed sup̃ id qd̃ ꝯ eo hoies opinantˀ. Qñq̃ vero loquitˀ ꝯ se sup̃ id qd̃ est in se ƀm rei veritatem Et in isto secũdo mõ magꝭ ꝓp̃e iactantia ꝯsistit: ꝙuis vtroq̃ mõ dici possit.

Utrũ iactãtia sit mortale peccatuȝ R. ƀm Tho. vbi s̃. Iactãtia põt dupliꝛ cõsiderari. p̊ mõ ƀm se. A. i. inq̃ntũ est qd̃dã mẽdaciũ. B. ⁊ tunc est mortale pctm̃ qñ aliqs iactanter ꝓfert qd̃ est ꝯ glãm dei. Ezech. 23º. A. imo potius. 28º. vbi quod seqtur dicitˀ cõtra p̃ncipẽ tiri. B. Eleuatũ est cor tuuȝ ⁊ dixisti. d̃s ego sũ. Uꝉ ẽt ꝯ caritatẽ ꝓximi: sicut cũ quis se iactãdo ꝓrũpit i contumelias alioꝝ: vt Luc. 18º. Nõ sum sicut ceti homines raptores. iniusti. adulteri. velut etiã hic publicanꝰ. Sȝ si non sit ꝯ gliaȝ dei: vel caritatẽ ꝓximi ẽ pctm̃ veniale 2º mõ põt considerari iactantia ƀȝ suã cãm. Et si qdẽ ꝓcedit ex supbia vꝉ inani glia tali que sit pctm̃ mortale: ⁊ ipa erit mortale: alˀ erit veniale. Si ꝯo sit ꝓpter appetitũ lucri vꝉ pertinere ad ꝓximi deceptõem vel dãnũ. ⁊ sic magis ẽ pctm̃ mortale. Sed nec hoc semp̱ qꝛ põt eẽ tale lucrũ ex quo alius nõ dãnificatˀ. Qd̃ hironia q̃ ẽ ꝯria iactantie quandoq̃ est quedam iactantia. vide .i. hironia. 6. 2º

Ieiunium Triplex est ieiuniũ. primum corpis a cibo mãli. Secũdũ afflictõis a gaudio tpali. Tertiũ volũtatis a peccato mortali. A. d̃ his duobꝰ vltimis dicitˀ de ꝯse. di. 5. ieiuniũ. B. Est sciẽdũ ꝙ p̃mũ ieiuniũ dñs instituit i paradiso: sed postea sãctificauit 40. diebus ⁊ noctibꝰ i deserto. Math. 4º ⁊ Luc. 4º A. De institutione nõ. Genesis. 2º B.

Utꝝ ieiuniũ sit sp̱ laudabile vel nõ? R. ƀm Tho. in 4º di. 15. In tribꝰ casibꝰ non est laudabile neq̃ etiã licitũ. Naȝ p̊ qdẽ per ieiuniũ subtrahere quod est nccium vite non licet: sicut nec seipm̃ interficere: sed hoc est valde modicuȝ qꝛ nã modicis cõtẽta ẽ. Itẽ nõ licet subtrahere quod est nccium ƀm ea que incũbũt facienda ex officio vꝉ ex societate eoꝝ ad quos qs cõuiuit. Hoc. n. esset de rapina hostiã offerre. Itẽ 3º nõ debȝ esse tanta abstinẽtia ꝙ hõ ab operibꝰ vtilioribꝰ impediatˀ. Nã ⁊ lȝ ad ea non teneatˀ: indiscretũ tñ erit tale ieiuniuȝ ⁊ nõ licitũ. Sed abstinẽtia siue ieiuniũ laudabile ẽ quãdo per ipm̃ caro diminuitur a suo robore ita ꝙ faciliusˀ spũi subdatˀ: nec ꝓpter hoc acceleratˀ mors qꝛ ex abundãtia plꝛes moriuntur ꝙ ex ꝯfectu. A. Idẽ i sũ. cõ. li. p̊. ti. 12. q. 14. B

Utrũ ieiuniũ cadat sub precepto? R. ƀm Tho. scd̃a scd̃e. q. 147. Dicẽduȝ ꝙ ieiuniũ ꝙtũ ad nccitatẽ coertionis peccati vel satisfactõis i pnia: vel ad eleuatõem mẽtis ad spũalia: sic in cõi cadit sub p̃cepto legis nãe. Sed determinatio tpis ⁊ mõi ieiunãdi cadit sub precepto iuris positiui: qꝛ ab ecclĩa sic est statutuȝ: nec tñ qlibet transgrediẽs peccat mortalꝛ: sed tm̃ qui trãsgreditˀ ex cõtemptu. vel sic ꝙ impediatˀ finis quẽ intendit legislator. Sed qui ex cã rõnabili frãgit ieiuniũ: nõ peccat mortaliter nec est transgressor p̃cepti. A. Idem in sum. con. eo. ti. q. 15. B.

In quibꝰ diebꝰ tenetur qs ieiunare R. Quãtũ ex p̃cepto tenetur qdem p̊

totam quadragesimã.de conse.di.3.nõ
licet.z.c.non opz.z.c.placuit. Idem de
quatuor tẽporib᷒.di.76.statuim᷒. Itẽ
in vigilia natiuitat[is] dñi.ex̃ eo.c.p̊. Itẽ
i vigilia pẽthecostes: vt nõt dis.76.ne
cessario. A.in glo.z est.§. B. Et in vi
gilia assũptiõis btẽ vginis.ex̃ eo.c.p̊.
Item in omnibus vigilus aplorũ pre
terq̃ Philippi z Iacobi: quia venit tẽ
pore pascali.z Iohãnis euãgeliste: qr
venit infra octauas natiuitatis.ex̃ eo.
consiliũ. De festo etiã beati Bartholo
mei consuetudo seruãda est non de ie
iunãdo.quia hec ẽ iam firma z vlis: sz
de die celebrãdi festum: vt in dicto.c.
consilium. Item ex vniuersali ecclie
consuetudine preceptũ est de vigilia
beati Iohãnis baptiste.z oium sancto
rum.z vt Inno.ponit sancti Laurẽtii.
Quod si aliqua dictaꝝ solẽnitatuz ve
nerit in scda feria: vigilia ieiunabitur
in sabbato: vt in.c.consilium. Similit
de ieiuniis que episcopi i suis epatib᷒
indicunt: de conse.di.5.ieiunia.z dis.3.c.
p̊. A. Scdm Inno.super rubrica de ob
ser.ieiunio. Translatio ieiunii põt etiã
ex alia causa fieri q̃ cuz festũ occurrit
scda feria. Dicit.n.ibi. Nota q licz ieiu
nia non debeant cõmutari vel redimi
sine causa: tñ cum causa possũt cõmu
tari: sicut dicit q in quibusdã loc[is] Frã
cie vbi sunt ecclesie sancti Quintini
non ieiunatur in vigilia oium sancto
rum sed tertia p̃cedente die. B. Sunt
z alia ieiunia non de precepto sed d cõ
silio sicut de aduentu. vt in dicto.c.con
siliũ. A. Inno.vbi s. videt dicere q ie
iuniũ aduentus sit etiã de p̃cepto vbi
est consuetudo. B. Item in quarta z
sexta feria z sabbato: de conse.di.3.ieiu
nia.z.c.sabbato. A. In dicto.c.ieiunia.
dicit q non ieiunans quarta feria vi
detur cum Iuda tradere xpm: z nõ ie
iunans sexta feria videt cũ crucifixori
bus crucifigere. Et sic hec ieiunia non
videntur de cõsilio sed de p̃cepto. Qd
potest concedi vbi est consuetudo: ar.
.12.dis.illa autẽ. Nam vt sup̃ patet in
obligatione ieiuniorũ etiam consuetu
do operatur. Consuetudo vero ꝯria nõ
excusat nõ ieiunãtes i vigilus aplorũ
z i aliis solẽnibus ieiuniis. In aliis vo
sic: nisi p̃latus aliud iniungat ſm Ho
sti.z in sum.con.eo.ti.q.16.ad fi. B. Itẽ
rogationes: de ꝯse.di.3.rogationes.

Utrũ liceat ieiunare in dñica? Rn̄
ſm Tho.scda scde.q.147. Dicendũ q
die dñica ieiunare non cõuenit.qr dies
est leticie. Unde si quis tunc ieiunaret
quasi faciens cõtra cõsuetudinẽ popli
xpiani nõ esset a peccato imunis: lz ie
iuniuz de se sit laudabile omni tpe. A.
Quod dicit hic intellige qñ cũ scanda
lo aliorũ ieiunaret. vel ad quandaz ce
rimonialem obseruãtiaz quaz illa die
faciebant pagani ieiunãtes. Unde z p
pter hoc idẽ statutũ fuit etiã de feria
quinta: de con.dis.3.ieiunium. Secus si
ieiunaret rõne simplicis abstinẽtie: vl
aliquo religioso respectu: vl per se: vl
per ipositõem superioris: sicut fit i qn
ta feria: in qua ieiunam᷒ ex debito in
ieiuniis statutis: de cõse.dis.3.non licet
z.c.non opz. Unde z.76.dis.c.vtinam.di
cit Hiero᷒. Utinã oi tpe ieiunare pos
sem᷒. Qd i actib᷒ aploꝝ diebus pẽthe
costes: z die dñico aplm Paulũ z cum
eo credentes fecisse legimus. B.

Que hora sit cõpetẽs comedendi?
R° ſm Tho.vbi s. Cõueniens ẽ hora
nona. A. Pro hoc facit de con.dis.1.so
lent. B. Nec illã opz stricte considera
re sed sufficit grossa estimatio.s. q sit
circa horam illam. Nec multũ nocet si
ex aliqua causa aliquãtulũ hora illa p̃
ueniat. vel si forte ꝑpter infirmitatez
vel etatẽ vel aliqd h᷒: tali hora come
dere cederet alicui i magnũ grauamẽ
Nã eẽt cum eo in ieiunio dispensãduz
vel vt aliquãtulũ p̃ueniret horã. A.
Idẽ in sum.con.li° p̊.ti.12.q.32. B.

A quibus cibis ieiunãtes debẽt ab
stinẽ? R° sz Tho.scda scde.q.147. In
ieiunio quadragesimali interdicuntur
vniu̾salr oua z oia lacticinia. In aliis
aũt ieiuniis diuerse cõsuetudines sunt

quas quisqs seruare deb3 s3 mores eo
rū inter quos couersat.76.di.vtinam.
Esus aūt carniū generalr in oi ieiunio
ꝓhibitus est.q2 gnāliter magis ē dele
ctabilis ꝛ ad humorē luxurie magl co
operat.Unde ꝛ in sexta feria nccio est
abstinēdū a carnib⁹:ꝛ etiā in sabbato
sm quorūdā consuetudinē:ex̄ eo.consi
liu3.Con.Hosti. A.Con.etiā Inno.vt
in sum.con.eo.ti.q.33.Et reglarit i oi ie
iunio nisi cōsuetudo excuset vtendu3
est cibis quadragesimalibus: de cōse.
di.3.rogationes.De cibis vero quadra
gesimalib⁹ Grego⁹.4.dis.deniq3.ita di
cit.Par est vt qui his diebus a carne
aialium abstinem⁹:ab oibus quoq3 q̄
semētinā trahunt carnis origine3 ieiu
nem⁹:a lacte v3 caseo ꝛ ouis.Ceteꝝ pi
sciū esus ita xp̄iano relinqtur:vt h⁰ ei
infirmitatis solaciū nō luxurie pariat
incēdiū.Deniq3 qui a carne abstinent:
nequaq̄3 sumptuosiora marinaꝝ belu
arū cōuiuia p̄parent.Uinū quoq3 ita bi
bere ꝑmittim⁹ ꝙ ebrietatē oio fugia
mus.alioquin restat vt oia que corpo
ribus libent silr faciamus. B.

Utrū ꝑ potū soluat ieiuniū.R⁰ sm
Tho.scd̄a scd̄e.q.147.Ieiunātes nō ꝓ
hibent pluries bibere. q2 pot⁹ sumit
magis ad alteratōem corpis ꝛ digesti
onē ciboꝝ q̄3 ad nutritōem: l3 aliq̊ mō
nutriat.Pnt tamē imoderate bibētes
peccare ꝛ meritū ieiunii perdere.sicut
etiā si imoderate i vna comestione ci
bū assumāt.Con.Inno.siue pot⁹ assūa
tur an̄ cibū siue post. A Idem in sum.
con.eo.ti.q.31. B.

Quid de cōfectōibus? R⁰ sm Tho.
vbi s̄.Per cōfectōes seu electuaria nō
soluit ieiuniū sicut nec per alias medi
cinas:nisi qs in fraudē ea sumēt i ma
gna quātitate ꝑ modū cibi. Cō. Inno.
A.Tho.tangit h⁰ i dicta.q.147.arti.6⁰
ꝛ nil dicit de confectionib⁹ s3 tm̄ de ele
ctuariis.ꝛ dū assumūt solū cā medicie
Et hoc idem posset intelligi de confe
ctionibus ꝛ aliis que non in fraudē as
sumerentur ꝓ medicina:alr non.Unde
Al.dicit ꝙ esus spērū ꝛ electuarioꝝ
soluit ieiuniū:nisi fiat cā nccitatis: vt
p3 in dicta.q.31.Inno.etiā sup rubrica
de obser.ieiu.dicit.Electuariis aūt deli
catis nō credim⁹ ꝙ aliter liceat vti ni
si sicut alio cibo delicato.Medicinam
aūt ꝓ remouēda infirmitate vl fugiē
da accipe l3 sine peccato i die ieiunii:
sed ꝓ cōseruāda sanitate vbi nō est si
gnum ifirmitatis non credo.Ecce g⁰ ꝙ
nō est differētia inter electuaria cōfe
ctiones ꝛ alia: nisi inquātū assumant
ꝓ vera nccitate infirmitatis:imo q̄3to
ē cib⁹ delicatior siue p̄ciosior tanto mi
nus licit⁹ tpe ieiunii.dis.4 deniq3: vt
p3 etiā in dicta.q.31.Al.dicit ꝙ pot⁹ an̄
prādiū soluit ieiuniū s3 post nō:nisi fi
at imoderate preter nccitatē.S3 ut po
test colligi ex Inno.vbi s̄.circa istā po
tatōe3 q̄3tū ad hoc vt liceat an̄ vel p⁹
prandiū attēdenda est consuetudo. B

In qua etate tenet quis ad ieiunā
du3? R⁰ s3 Tho.scd̄a scd̄e q.147.Quā
diu aliq sunt in statu augmēti non te
nentur.s.vsq3 ad finē tertii septennii.i.
21.anni.Cōueniens aūt ē vt etiā in hoc
tpe se ad ieiunādū exerceant plus vel
min⁹ sm modū sue etatis ꝛ possibilita
tis. A.Qn̄q3 tn̄ magna tribulatōe imi
nēte i signu3 penitētie artioris etiam
pueris ieiunia indicunt: sicut ꝛ de iu
mētis legit Jone 3⁰ Homines ꝛ iumē
ta nō gustent quicq̄3:neq3 aquā bibāt
sm eūdē Tho.ibidē. B. Nouicii q̊q3
ꝛ iuniores religiosi sm Guil. super sol
uendo ieiunio iuxta discretiōem pre
latoꝝ se gerere debēt. A.Inno.autem
vbi s̄.dicit ꝙ ad ieiunādū tenent oēs
sane mētis ꝛ doli capaces potentes ie
iunare cū ipsi peccare possint ꝛ pecca
ta deflere.ex̄ de delic.pu.c.p̊. Dispēsati
ue tn̄ cū impuberib⁹ ꝛ etiā maiori eta
te poterit dispensari:vt ab indictis ie
iuniis absoluātur.Et hoc videtur tuti⁹
l3 super hoc passu diuersi diuersa sen
tiant. B.

Quid de peregrinātib⁹:aut multū
laborātibus? R⁰ s3 Tho. vbi sup̄. Si

peregrinatio ⁊ labor cōmode differri
possit aut diminui absq; detrimēto: nō
sunt ꝑpter hoc ecclīe ieiunia ꝑtermit
tenda. Si aūt imineat nccitas statim
peregrinādi: ⁊ magnas dietas faciēdi:
vel etiā multū laborandi: ⁊ sil'cuȝ hoc
non possint ieiunia obseruari: nō obli
gatur homo ad ieiunādū. Videt tamē
in talibus recurrēdū eē ad sup̱ioris di
spensatōem nisi forte vbi nō est cōsue
tū. q2 ꝑlati dissilantes ānuere videtur
A. Idē in sū. con. eo. ti. q. 18. vbi etiaȝ ad
ditur ꝫm eundē Tho. ꝙ qui nolūt con
ducere op̱arios nisi frāgāt ieiuniū: nō
sūt imunes a peccato: nisi forte sit cau
sa nccīa que festinatōem operis expo
scat. Itē ꝙ ex parte operātis intentio
maioris lucri nō necessarii a pctō non
excusat si ieiuniū frangit. Ibidē etiaȝ
dicitur ꝫm glo. Ray. ꝙ ꝑpter ieiuniuȝ
seruādū quis non cogitur mēdicare cū
n̄ ɔsueuerit al' mendicare. B.

Quid de cursorib⁹ quoꝝ vsus ē do
minis necessarius? R. ꝫm Guil. Si nō
possūt simul currē ⁊ ieiunare excusant
Secus quādo morātur vel modicum
vadunt. A. nisi forte iminēt eis grādis
viatio quaȝ nō possūt ꝑficere: soluant
ieiuniū paucis diebus an̄. ꝫm eū. Guil.
vt in sum. con. eo. ti. q. 20. B.

Quid de seruitoribus nobiliū? R.
ꝫm Guil. Si tales ex cā ꝑueniant horā
comedēdi: nō credo ꝙ peccent. silr' si ꝑ
libāt modicū: dico an̄ horā vt quasi ꝑ
pter cōtinuatōeȝ tp̱is totū possit post
ea reputari quasi vna mēsa. Sicut ēt
nec peccāt q ꝑgustāt cibos dn̄oruȝ ad
cautelam veneni: imo ⁊ casu licet etiā
ꝑgustare carnes dn̄orū. Nec iterū pec
cant qui qn̄q; surgūt d̄ mēsa vt portēt
vinū encenia. ⁊ h⁹. Con. Inno. A. ⁊ ad
dit. Idē credim⁹ de medicis ꝑgustanti
bus medicinas. Et i his casibus credi
mus ꝙ monachis licet ꝑgustare car
nes. Et cō. Hosti. vt i sum. cō. eo. ti. q. 21.
B. Et idē dicit Guil. de seruitorib⁹ ⁊ le
ctorib⁹ mense int religiosos dū tn̄ cuȝ
licētia. A. Idē in sū. con. eo. ti. q. 22. B.

Quid de paup̱ibus ⁊ mēdicātibus?
R. ꝫ Tho. scda scde. q. 147. Si possūt
hēre tātū sil' ꝙ sufficiat ad vnā come
stionē nō excusant a ieiunio: si nō pn̄t
excusant. Silr' ⁊ quādo ꝑpter ꝑceden
tē inediā ieiuniū nūc ferre nō possunt.
A. Idem in sum. con. eo. ti. q. 26. B.

Quid de mulierib⁹ ꝑgnātib⁹ seu la
ctantib⁹? R. Si nccitas debilitat| cor
poris ipediat eas: nō tenentur ad ieiu
niuȝ: imo si credit ꝑbabil' de pericl'o
earū vel abor su: nō solū possunt: sȝ ēt
tenent soluē ieiuniū: sicut Guil. ponit.
B. Et idē si timeat de periculo pueri
lactētis: ꝫm eundē Guil. vt in sum. cō.
eo. ti. q. 24. B.

Utꝝ vxores ꝑpter ꝑhibitōeȝ viro
rū debeāt dimittere ieiunia? R. ꝫȝ In
no. Licet dimittere debeāt vota. A. i.
ieiunia seu abstinētias votiuas. 3. q. 5.
manifestū. B. nō tn̄ ieiunia. A. s. indi
cta ab ecclīa: vt in sū. cō. eo. ti. q. 27. vbi
hec notant. B. nisi forte ꝙ ꝑpter scā
dalū vitādū sacerdos dispēsare posset
50. di. vt cōstitueret. ex̄ de cle. ex. mi. la
tores. Con. Hosti.

Quid de ifirmis ⁊ debilib⁹? R. ꝫm
Guil. excusant. sȝ ꝑ quāta d̄bilitate ar
bitrio boni viri standū est. Idē in seni
bus. A. Hoc fuit dictum Inno. vt in
sum cō. eo. ti. q. 25. B.

Utꝝ sup̱ solutōe ieiunii sit petenda
dispēsatio? R. ꝫm Guil. Si cōstat d̄ cā
ꝑpt quā soluēdū ē ieiuniū nō ē nccīuȝ
vt petat dispēsatio ꝑserti vt dic̄ Tho.
ɔsuetudine iteruenīēte. Si aūt dubiū
sit vtꝝ sit cā nccīa. A. siue dubiū sit si
bi siue aliis ꝫm eū. Guil. vt in sū. cō. eo.
ti. q. 28. B. tunc petēda ē dispensatio
ab ep̄o loci si ɔmode pōt haberi. alit a
ꝑp̄o sacerdote. A. Hosti. dicit ꝙ i ista
dispēsatione non sufficit licentia sim
plicis sacerdot| etiā ex iusta cā: nisi sū
ma nccītas imineat ꝙ ad ep̄m sine p̱i
culo hēri nō possit recursus. Et ē cā suf
ficiēs ad dispēsandū: vt dicit: ifirmitas
nāe debilitas. ciborū caristia seu penu
ria. paup̱tas. p̱egriatō. labor ⁊ ꝑtractō

nimia mēſe: vt patet in ſeruientibus
menſis nobilium: ꝛ huiuſcemodi: vt ī
dicta.q.28. B.
Utrū ieiunia poſſint redimi? R° ſꝫ
Inno. Jeiunia eccl'ie nō poſſūt redimi
niſi cā vel nccitas ſubſit: ſꝫ ieiunia vo
luntaria poſſunt etiā ſine vlla cā redi
mi. A. ſ. que ſubſit in ieiunante dūmō
al'ſit vtile ſm eūdē: vt in ſū.con. eo.ti.
.q.29. vbi etiā pꝫ ꝙ etiā hoc caſu iſta re
demptio faciēda ē auctoritate ſupio
ris. B. ꝛ intermitti. A. De iſta intmiſ
ſione nō dicit Inno. vt pꝫ ī dicta.29. qꝛ
vt pnto ipſe loquit̃ de volūtariis ꝛſpe
ctu origīs: ſeu neceſſariis reſpectu exe
cutionis forte rōne voti. Jō dicit ꝙ ad
hāc redēptōem nccīa eſt auctoritas ſu
perioris. Sꝫ bn̄ credo ꝙ ſi ieiuniū adeo
eēt volūtariū ꝙ ad illud nullo mō qs
obligaret̃ ꝙ poſſet intmitti. B. Jeiu
nia aūt que ī pnia īponunt̃ redimi poſ
ſunt auctoritate ſuperioris. A. duꝫ ta
mē ex iuſta cā ꝛ diſcrete ſm Ray. ꝛ in
ſum.con.li°.3°.ti.34.q.133. B. ex̄ de vo
to.c.fi. A. potius in.c.p̄. vt pꝫ intuēti. ꝛ
etiā in dicta.q.29. B. ꝛ diſ.82. p̄ſbyter.
ſ.fi. Si ō ieiunio fuit votū quomō poſ
ſit redimi vel mutari: vide. ī. votuꝫ 5°
per totum.
Utrꝫ ieiuniū factū in mortali ꝓſit?
R° ſm Al. Quātū ad vitā eternā nō ꝓ
deſt: ſed tn̄ valet p̄cipue q̄ꝰtū ad tria. ſ.
obediētiā mādati ad qō qs tenet̃ ſiue
obligāte ecclīa: ſiue cōfeſſore pniaꝫ in
iūgente. Jtē qꝛ q̄ꝰtum ad caſtitateꝫ ie
iuniū optime diſponit. 3° qꝛ magꝭ con
ſinē diuine gratie facit. A. Jdē in ſum.
con.eo.ti.q.34. B. Ad qd valēt bona
opera ex̄ caritatē facta: hēs ſ̄. caritas.
§. fi. A. potius. §. p'ſt. B.
Utrū ieiunās teneat̃ dare in elynaſ
qō ſibi reſtat. A. i. qō per abſtinētiam
reſeruatur iux̄ illud Greg. Hoc qō ti
bi p ieiuniū ſubtrahis alteri largire.
B. R° ſm Al. Nō. Sancti vero qui vi
dent̃ dicē ꝙ ſic: intelligunt de ꝯſilio vl'
in diuitibꝰ q viderint frēm ſuū nccita
tē hēre. A. qꝛ tunc ſi claudūnt viſcera
ab eo in ꝟitate in caritate nō ieiunans
.i. Joh.3°. ſm eūdē Al. ꝛ ī ſū.con. li°. p̄.ti.
12.q.vlt. B. Jeiuniū quatuor comitāi
debēt ſm Ray. ſ. largitas. Hieroꝰ. Qō
manducaturꝰ eras ſi non ieiunares da
pauperibꝰ: vt ieiuniū tuū ſit ſaturitaſ
aīe. nō marſupii lucrū. Jtē leticia. Ma
th.6°. Cū ieiunatis nolite fieri ſicut hy
pocrite triſteſ. Jtē hora ꝯpetēs. i. Reg.
14°. Jonathas q p̄uenerat horā adiu
dicatꝰ ē morti. Jtē mēſura. Augꝰ. Mēs
auidate ciboꝝ laxata pdit orōis ꝟtutē.
De diuerſis intētōibus ieiunātium
nota ꝟſuꝫ. Abſtinet eger egens cupidꝰ
gula ſimia ꝟtus. Abſtinet eger. qꝛ non
pōt comedere: vel ꝓpter medicinam.
Egens. qꝛ nō hēt qd comedat. Cupidꝰ:
ne expēdat. Gula. i. guloſus: vt poſtea
auidiꝰ comedat. Simia. i. hypocrita: vt
laudet̃. Uirtus. i. ꝟtuoſus vt mereat̃.

Gnorantia.

Utrum ſit pctm̄. R° ſm Tho. p̄ma ſcde.q.76.
Ignorātia eoꝝ que quis tenet̃ ſcire. s.
ſine quibus nō pōt debitū actū exerce
re pctm̄ ē ꝓpter negligētiā. Oēs auteꝫ
tenētur ſcire cōiter ea que ſūt fidei et
vniuerſalia iurꝭ p̄cepta. Singuli autē
ea que ad eoꝝ ſtatū vl' officiū ſpectāt.
Sꝫ ignorātia. ſ. ꝙ qs neſciat ea que ſci
re nō pōt cū non ſit ex volūtate nr̄a nō
ē peccatū. Silr̄ non eſt etiā pctm̄ igno
rantia eoꝝ que quis lꝫ poſſet ſcire: non
tn̄ tenet̃ ſicut theoremata geometrie.
A. i. regulas a theoro. ras. qō eſt vidē
ſm Catho. B. aut quedā cōtingentia
particularia. A. Jdē ī ſū.con.li°.3°. ti.32.
.q.16. vbi dicit̃ etiā quō nulla ignorātia
īuincibilis eſt peccatū. ꝛ ꝙ ignorantia
inuincibilis dicit̃ que ſtudio ſuperari
n̄ p̄t. ꝛ ꝙ qn̄ ignorātia ē pctm̄ ignorās
nō ſp eſt in peccato. ſ. actuali: ſed ſoluꝫ
quādo eſt tp̄s acquirēdi ſciam quā ha
bere tenet̃ ſm eū. Tho. Qō pōt intelli
gi niſi intētio continua eēt obliqua. s.
negligēdi nccīa ſcire. B.
Ignorantia facti non iuris excuſat
extra de regul. iurꝭ. ignorantia. libro 6°.

Huius dicti intentionem tene vt in
sequenti.§.

Utrū ignorantia excuset a peccato
R. ꝯ̃ b3 Guil. Duplex ē ignorātia. quedā
est iuris: vt si nescit furtum esse pecca
tum. Quedaʒ est facti: vt si nescit hāc
rem quā accepit esse alienā: sed putat
suā. Ignorantia aūt iuris aut oio ē in
uincibilis ꝛ inuolūtaria: vt qꝛ.s. aliqs
sine culpa sua scire nō pōt. sicut i infan
tib⁹ vł amētibus a natiuitate ꝛ tūc ex
cusat a toto. Et eodē mō si aliqs de aliq̊
casu dubitans cōsuluit ꝑitos a quib⁹
tn̄ hūit alr̄ ꝙ̄ ꝟitas se hr̄et excusat̄ ꝓ
talem ignorātiā. nā in se fecit qđ potu
it. Si vero i hāc iuincibilē ignorātiam
incidit culpa sua: tunc aut hoc fuit per
opus licitū: vt si ꝑ vigilias vł abstinē
tiā deuenit ad amētiā. ꝛ tunc excusat̄
a toto: etiā si feruoris excessus pecca
tū veniale fuerit. aut fuit per opus illi
citū ꝛ tunc dicūt qdaʒ ꝙ excusat̄ a tan
to: lʒ non a toto: ar. dis. 5o. sepe. i5. q. i. §.
sed hoc. Quidā aūt dicunt ꝙ pctm̄ se
quēs excusat̄ a toto si nullū hēt vsum
rōnis. Et hoc ꝓbabili⁹ ꝛ veri⁹. i5. q. i. ali
quos. ꝛ. c. sequēti. A. Scđm canones oī
bus talib⁹ si liberati fuerit ē pnia ipo
nenda: sed leuior ꝙ̄ si sani tale qd cō
misissent. i5. q. i. si quis insaniēs. Et hoc
fit ad cautelā: vt i sum. con. eo. ti. q. i7.
vbi etiam dicit̄ ꝯm glo. Ray. ꝙ haben
tibus vsuʒ rōnis quo ad ea sine quib⁹
non est salus: nulla ignorātia est inui
cibilis simplr̄ ꝛ omnino. quia si non in
ueniret hominēʒ a quo doceretur: vn
ctio doceret eū nisi staret per ipm̄. B
Si vero ignorātia iuris sit vincibilis
ꝛ voluntaria: tunc si fuit affectata i nł
lo excusat: imo ē speciale peccatuʒ. Si
vero non fuit affectata sed soluʒ quia
neglexit addiscere: excusat a tanto: sʒ
nō a toto. Hec de ignorātia iuris. A.
Idē in dicta. q. i7. Tamē sciendū ꝙ h°
intelligēdū est ꝯm modū negligentie:
vt tāto minor sit excusatio quāto ma
ior fuerit in addiscendo negligentia i
tm̄ vt lata negligētia equiparet̄ dolo:
vt. ff. deposi. l. ꝙ nerua. ꝛ de consti. vt
aiarū. li°. 6°. B. Si ꝟo sit ignorātia fa
cti hec pōt eē duplex. Nā vel ignoran
tia ē causa agendi: ita ꝙ si sciret illam
circūstantiā que trahit i pctm̄ nō facēt
ꝛ se fecisse dolet: ꝛ hec excusat a toto.
si tamē debita diligētia ꝓmissa fuit: q̊
si ꝓmissa non fuit: excusat solū a tanto
A. ꝛ qn̄ʒ a nullo. vʒ si ignorantia fuerit
crassa ꝛ supina. dicto. c. vt aiarū. B. vł
ignorātia ē comitās actū. s. ꝙ etiā si sci
ret circūstātiā peccati: nihilomin⁹ face
ret: ꝛ hec non excusat. Con. ꝑdict] Pe.
ꝛ Tho. in scripto. ꝛ in ꝑma scđe. q. 76.
A. Idem in sum. con. eo. ti. dicta. q. i7.
B. Utꝝ ꝑ ignorātiā excuset̄ q̄s a statu
tis ordinarioꝝ hēs. ĩ. lex. §. 5°. ꝛ s̃. excōi
catio ꝑ̊. §. 6°. Et vtꝝ excusetur scholaris
qui tenʒ sui doctoris opinionem: vide
s. opinio.

Ignorātia crassa ꝛ supina dicit̄ per
metaphorā hois crassi ꝛ supini q non
videt etiā ea que corā eo sūt. A. vł qa
talis est largus ꝛ distētus. ꝛ sic h⁹mōi
ignorantia magna ꝛ lata. B. sicut q
publica ꝛ manifesta dicit se ignorare
cui nō facile credit̄. i6. distinc. qđ dicit]

Illegitimus.

Illegi
tie na
ti multiplr̄ sunt. Nā alius dr̄
mancer: ille ꝓpe qui nat⁹ est de scorto.
Alius spurius vel notus q de adultera
A. In sū. cō. li°. 3°. ti. i9. q. i. dr̄ b3 glo. Ray.
ꝙ spuri⁹ dicit̄ nat⁹ ex cōcubina ꝓ spur
citia icōtinentie. Not⁹ ꝟo nat⁹ de adul
tera. Videt̄ .n. fili⁹ eē de matrimonio:
cum nō sit: sicut ꝛ notas febres dicim⁹
que vere quartane ꝛ huiusmodi vidē
tur ꝛ non sunt. Sed veritas est ꝙ ex
adulterio natus dicitur etiā spuri⁹: vt
in. c. tanta. extra qui fi. sint le. B. Ali⁹
naturalis qui đ soluto ꝛ soluta. ꝛ tales
oēs ꝓhibētur ordinari. qꝛ per ātiquā
legē manceres ꝓhibiti sunt intrare tē
plū dei. A. vsqꝫ in decimam generatio
nē. Silr̄ ꝛ spurii. in. c. ꝑ venerabilē. de
q̊. ĩ. ꝛ in dicta. q. i. B. Deut°. 23°. extra de
elc. inotuit. ꝛ ex̄ q fi. sint le. ꝑ venēabilē

in fi. Cã aũt ꝓhibitõis triplex ẽ. s. digni
tas clicalis. que h⁹modi vilib⁹ cõferri
non dz. ex̄ d̄ exces. p̄la. inf̄ dilectos. Jtē
detestatio pr̄ni criminis. ex̄ de hereti.
vergẽtis. Jtē ꝙ tales filii solẽt eē imi
tatores pr̄ni sceleris. 6. q. i. si qs cũ mili
tib⁹. ꝛ dis. 56. si gẽs. Jn sc̄laribꝰ tñ digni
tatib⁹ tales nõ sp ꝓhibẽtur. ff. de d̄cu.
. l. spurii. ꝛ. l. gnãlit̄. §. spurios. A . Et in
hoc. §. pz ꝙ si iste illegitim⁹ hẽat cõpe
titorẽ legitime natũ ei p̄ferẽ in officio
dignitatis. Et sup̄dicta oĩa habẽtur in
sum. con. dicta. q. i. ƀm Ray. Hosti. et
Goff. B.

Quid si illegitimi per ignorãtiam
ꝓmoti fuerit? R°. ƀm Hosti. i hoc cãu
ƀm oẽs ꝓbabilis ignorãtia excusat: ar.
. C. de testa. l. i. ff. de offi. p̄to. l. 3. Jp̄e ꝯo
si ꝯitatẽ nouit in cõspectu dei cecidit
q̄ntũtuncꝫ occultũ sit. ex̄ de tẽpo. or. c.
fi. Si nihil scit excusat⁹ ẽ. A . Jdẽ i sũ.
con. eo. ti. q. i. B.

Sz nunquid filius dz credere ꝯbis
m̄ris cui⁹ fili⁹ sit? R°. ƀm Hosti. Prima
facie credẽdũ est matri. ex̄ de ꝓba. per
tuas. ꝛ de p̄sum. afferte. ꝛ. c. l̄ras. §. p̄. ve
rũtñ nõ cogit̄ credẽ: ar. C. de testa. l. nec
ꝓfessio. A . cũ ip̄e fuerit cõiter habit⁹
ꝓ legitimo: vt pz in sũ. con. dicta. q. i.
B . Si tñ hẽt ꝯsciam ĩpetret dispẽsati
onẽ q in h° cãu satis facile obtinẽ dz.

Quid de filiis sacẽdotũ quos susce
pit de legitima vxore añ sacrũ ordinẽ
R°. ƀm Ray. Tales de iure cõi ꝓmoue
ri pñt ad oẽs ordines ꝛ dignitates: nisi
in illa eccl̄ia i qua patres eoꝝ imedia
te fuerunt p̄lati vel canonici vbi non
possunt canonicari vel ꝓmoueri. A .
Uel est ad easdẽ dignitates ꝛ p̄bẽdas
quas p̄res eoꝝ tenuerũt. Ad alias aũt
etiã in eadẽ eccl̄ia poterũt ꝛ canonica
ri ꝛ ꝓmoueri: sicut dicit exp̄sse Ray.
vt in sũ. con. eo. ti. q. 6. etiã viuẽtib⁹ eoꝝ
patribus. ꝛ in eadẽ eccl̄ia i suo officio
manentibus. ex̄ de fil. p̄sby. ad hec. ꝛ
pz in iurib⁹ q̄ sequũt̄. B . ex̄ eo. ad hec
ꝛ. c. ad extirpãdas. ꝛ. c. ad abolẽdã. Et d̄
talib⁹ põt intelligi. 56. dis. §. sz h°. Jdem
Hosti. Ber. ꝛ Goff. Et addit Goff. Nõ
ꝙ cũ pater habuerit ꝑsonatũ vl' vica
riã perpetuã in aliqua eccl̄ia fili⁹ ime
diate ip̄m vel ip̄am hẽre nõ põt. ex̄. e.
qm̄. ꝛ. c. ad extirpãdas. Jtẽ si pater hũe
rit ꝑsonatũ filius nõ põt hẽre vicariã.
nec ꝯ°. ex̄ eo. Michael. ꝛ. c. cõstitutus.
A . Jstud ꝯ°. intelligit̄ ꝙ si p̄r habuit
vicariã ꝑpetuã fili⁹ imediate ꝑsonatũ
hẽre nõ põt: vt in dicto. c. cõstitutus. Et
est rõ. qꝛ ꝑpetuus vicari⁹ curaz hẽt ec
clesie cui⁹ vicari⁹ existit. ex̄ de of. vica.
ex parte. ƀm eũdẽ Goff. vt in dicta. q. 6.
B . Qd̄ si filius dispẽsatiue succedat
patri: frat̄ isti⁹ bñ poterit postea succe
dere patri: vt ponit Hosti. qꝛ in h° nõ
succedit patri imediate. Sed sec⁹ si p̄⁹
habuisset ip̄am eccl̄iaz solũ de facto.
A . s. p̄mus frater. qꝛ tunc secũdus non
poterit succedẽ: vt pz i sũ. cũ. eo. ti. q. 9.
B . Porro ad nepotes hec ꝓhibitio ñ
extẽdit̄: vt Ray. ponit. Jdẽ Gof. ꝛ Ho
sti. A . Jdẽ i sũ. cõ. eo. ti. q. 8. B.

Pone ꝙ aliqs hñs vxorẽ ea viuen
te fit sacerdos: ꝛ postea ex ea generat
filiũ: nũquid ẽ legitim⁹? R°. ƀm Hosti.
Si vir fact⁹ ẽ sacerdos ignorãte vel in
uita vxore: filius nõ indiget dispẽsatõ
ne. 27. dis. si vir. ex̄ de cõuer. ꝯiu. qdam.
ꝛ. c. placuit. Sed si vxor cõsensit ꝙ vir
ordinaret̄ vel sciẽs nõ ꝯ̄dixit: tũc fili⁹
illegitim⁹ ẽ ꝛ dispẽsatõe indiget. ex̄ eo.
l̄ras. 77. di. ep̄s. 32. di. seriatim. in fi. ar.
54. di. si seruus. 25. q. 2. agathosa. Jnno.
Goff. ꝛ Ber. videtur sentire ꝙ indisti
cte talis dispẽsatiõe idiget. A . Dic h°
clarius. Nã vt pz in sũ. con. eo. ti. q. xi.
Ray. dixit simpl'r ꝙ talis fili⁹ est legiti
mus: maxime si vxore ꝯ̄dicẽte vl' igno
rãte vir fuerit ordinat⁹. Goff. vero ꝯ̄. s.
ꝙ sit illegitim⁹. Et Jnno. ꝛ Ber. sẽtiũt
cũ Goff. Glo. vero Ray. dicit ꝙ iste est
legitim⁹ quo ad successionẽ heredita
tis nõ quo ad ordines ꝛ eccl̄iastica bñ
ficia. Hosti. vero hos doctores concor
dando distinguit: vt s̄. ꝛ eius distinctio
satis etiã consonat iurib⁹ allegatis in
quib⁹ clare cõstat q nec per religionez

nec per ordinationē potest vir separa
ri ab vxore inuita vel ignorante. B.
Quid si nato aliquo de illegitimo
coitu postea pater cōtraxit cuꝫ matre?
R. Si tempore cōcept⁹ pater potēat
eā habere in vxorē ⁊ postea ducit. legi
timatus ē filius: ⁊ ad oēs actus legiti
mos admittet. A. ⁊ etiā ad hereditatē
ſm Ray. vt in sum. con. eo. ti. q. 10. B.
etiā si post natiuitateꝫ filii mater nu
pserit alteri quo mortuo ꝯxit cū isto. vl
eo⁹ pater duxit aliā qua mortua duxit
istā. Sec⁹ aūt si tpe cōcept⁹ n̄ potat eē
matrimoniū inter ipos: quia tūc: licet
sublato impedimēto ducēt illā: non le
gitimatur filius: ex̄ qui fi. sint le. tanta
i auc. qui. mō. na. effi. le. coll. 6. circa pn
cipium. A. Idē i sū. cō. dicta. q. 10. ſm
Ray. Hoff. ⁊ Hosti. ⁊ addit Ray. Qđ di
xi in pmo casu legitimatum taleꝫ quo
ad omnes actus legitimos: videtur ꝙ
fallat in epatu ad quem non potēit ta
lis pmoueri absqꝫ dispensatōe pape:
vt pꝫ ſm vnam litterā. ex̄ de elec. inno
tuit. circa pncipium. Ideꝫ recitāt Hoff.
⁊ Hosti. sed magis approbant ꝙ talis
dispensatione nō idigeat etiā i hoc ca
su: ⁊ hoc i fauorē plis. ex̄ qui fi. sint le.
ex tenore. ⁊ qui ma. accu. pn̄t. videntur.
in fine. B.
Quis potest dispensare cum illegi
timo? R. Eps potest dispensare quan
tum ad ordines minores. ⁊ beneficiuꝫ
sine cura: aliter non. nec ad dignitates
aut personatus nisi papa. extra eo. is
qui. lib. 6. A. Ibi etiam patꝫ ꝙ etiam
si p papā fuerit cum tali dispensatum
vt possit beneficiū curatū obtinere: in
telligit solum de vno. B. Qđ si papa
dispēsatōeꝫ obtinuerit: ⁊ postea impe
trauit ꝙ duo aut plura beneficia cum
cura possit habere. tacuit autē pdictuꝫ
ꝯscm̄ n̄ valet hec secūda gratia. extra
eo. si is cum quo. li. 6.
Que dispensatio est circa illegitios
R. ſm Ray. Si tales intrāt monaste
rium ꝺ iure cōi possūt pmoueri ad oēs
ordines. 56. dis. §. p. ex̄ eo. c. p. Religiōis
enī ingressus tollit irregularitatē sicut
⁊ ingratitudinē. 19. q. vlt. non liceat. Ad
plationē tamē non possunt pmoueri
absqꝫ dispēsatōe: vt in dicto. c. p. A. 8.
pape ſm quosdaꝫ: cū hodie illegitime
nati absqꝫ dispēsatione sedis aplice:
nec ad dignitatē: nec ad personat⁹: aut
alia bn̄ficia curā hn̄tia debeāt admit
ti. ex̄ eo. nimis. Alii dicunt ꝙ cū talib⁹
religionē ingressis possunt epi dispen
sare ꝙ possint pmoueri i abbates: nō
autē i epos. Et ad. c. nimis dicunt ꝙ in
telligitur de remanētibus in seculo: vt
in sum. con. li. 3. ti. 19. q. 2. Sed certe i di
cto. c. nimis. nec in. c. p. eo. ti. fit hec disti
ctio. Vn̄ nec nos distinguere debemus
.ff. de offi. psi. l. 3. ⁊ ex̄ de deci. ad audiēti
am. Unde pmū veri⁹ videt. B. Si ve
ro remanēt in seculo: nec ad ordinem
nec ad platurā pn̄t absqꝫ dispēsatōe p
moueri: vt ibi dicit. Sed circa eos qn̄ꝫ
adhibet dispēsatio magna: vꝫ vt ordi
nētur ⁊ instituātur in eccl̄iis. aliis a pa
terna: dico si sunt filii psbyteri. Aliter
vero in qbuscunqꝫ eccl̄iis: ar. ex̄ eo. pn̄
tium. Maior vt etiā in patna: aliq tn̄
medio: ut ex̄ eo. ex trāsmissa. Maxima
vt in pr̄na. nullo tn̄ medio: ex̄ eo. ex tua
A. Idē i sū. cō. dcā. q. 2. B.
Quid si cū illegitimo dispensetur
quo ad ordines ⁊ beneficiū eccl̄iasticū
R. Si ab epo facta sit dispensatio: nō
extēditur nisi ad ea que pot. s. vt i 7. §.
dictum est. Si vero a papa: poterit p
moueri ad prochialē eccl̄iam nō ad p
sonatū vel rectoriā ad quā p electōeꝫ
pcedi cōsueuit: ex̄ de pben. c. vlt. A.
Idē in sum cō. eo. ti. q. 14. ſꝫ Ray. Hof.
⁊ Hosti. B.
Utrū legitimat⁹ quo ad act⁹ eccl̄ia
sticos sit per hoc legitimat⁹ ad act⁹ se
culares? R. De hoc sunt multe opinio
nes. Probabilior tn̄ videt opinio In
no. dicētis: ꝙ qui legitimat⁹ fuit ab ali
quo pncipe seculari: vel ciuitate: intel
ligit legitimat⁹ quo ad oēs actus secu
lares i terris q legitimāti subsint: qn
etiā i aliis terris quo ad secularia nisi

ſint talia q̄ eēnt i alterius p̄iudicium.
Nā nec in aliis terris ſuccedet ab inte
ſtato.qꝛ ſic auferentur bona heredibꝰ
defuncti.Sꝫ talis non itelligit legitia
tus ad ordines.qꝛ hoc non eſt de iuriſ
ditione iudicis laici.Si ꝟo legitimatꝰ
fuit ab ep̄o inquātuꝫ potuit.ſ. quo ad
minores ordines ꝛ beneficia ſine cura
etiā in alia dioceſi poterit ꝓmouēi ad
p̄dicta:qꝛ hoc eſt de iuriſditione eccl'ia
ſtica ꝛ in nullius p̄iudiciū:ꝛ multo ma
gis ſi papa.Sed talis nō eſt legitima
tus quo ad actꝰ ſeculares:niſi in terriſ
qui tpalit papę ſubſūt.Sat| cō. Ber.
ex̄ qui fi.ſint le.per venerabilē. A.In
ſum.con.eo.ti.q.15.diuerſa ſup his dcā
ponuntur.Et dominꝰ Anto.de Bu.ſup
dicto.c.per venerabilē. latius ꝛ clarꝰ
p̄dicta tangit ſic.ꝙ quedam eſt legiti
matio pleniſſima per quaꝫ deletur fū
damētum vitii a quo ſurgit differētia
legitimatōis ꝛ illegitimatiōis: ꝛ hanc
ſolus papa facē poteſt.qꝛ ſolus diſpōe
re poteſt ſup matrimonio. Quedā eſt
legitimatio plenior que itegrat ad iu
ra p̄meue nāe non diſponendo i vitiū
ꝛ hanc poteſt ꝛ papa ꝛ imperator ſꝫ il
la que ad eos ſpectāt.Quedā eſt plēa
vt diſpēſatio cum eo in aliquo effectu
ligitimatōis non ex toto integrando:
adhuc illam poſſunt vterqꝫ.Adde.ꝛ ēt
inferiores:vt poteſt colligi ex p̄dictis.
Segtur.His viſis ſi queratur an pa
pa poſſit legitimare in terris imperii.
dico ſic.Aut papa vult diſponē in mr̄i
monium ꝛ ꝓlem futurā.ꝛ non dubito
ꝙ pōt etiā in terris imperii.qꝛ ſuū p̄n
cipalr̄ eſt diſponere de matrimōio. Et
ſic intelligo q̄ dicunt Jo. an. ꝛ Hoſti.
Jō omnes filii qui ꝓducunt hodie de
matrimonio vltra quartū gradū etiā
in terris iperii ſunt legitimi.ꝛ oēs etiā
q nati ſūt ex pupilla ꝛ tutore.ꝛ ex ꝯtra
hentibꝰ ſine cōſenſu p̄ris:ꝛ ex rectore
ꝓuincie cū ſubiecta.Aut papa vult le
gitimare diſponēdo i radicē matrimo
nii quo ad ꝓlē iam ꝓditā:ꝛ tūc dico ꝙ
i oibꝰ caſibꝰ i gbꝰ legitiare pōt diſponē

do in radicem matrimonii ꝙ in oībus
illis caſibꝰ pōt legitimare i terris ipe
rii.ſi tn̄ legitimat icipiēdo a radice ma
trimonii.ꝛ in oibus caſibꝰ in quibꝰ nō
pōt:vel nō vult diſpēſare incipiēdo a
radice matrimonii:in oibꝰ illis legiti
mat quo ad terras ſuas ꝛ nō imperii.
Uideamus gͦ qn̄ pōt incipiēdo a radi
ce mr̄imonii.Jdeo ſi vult diſponē legi
timādo natū de rapto cōſenſu mr̄imo
niali int̄ parētes:ꝛ nō video ꝙ poſſit.
Nā non poſſet facere ꝙ eēt mr̄imoni
um abſqꝫ cōſenſu cū ſit nāliter de eēn
tia illius;lꝫ poſſit fingere cōſenſū ſtan
te dubio.ex̄ de ſpō.is qui.Et ſi dicatur.
Princeps fingit cōſenſū vbi non ē:vt
.l.i.C.ō rei vxo.acti.dico ꝙ illō i poſiti
uis ꝛ nō in ſacr̄alibꝰ.Nā talia ſacr̄alia
habēt formā facti nālem: ꝛ exigūt ve
rā eēntiā conſenſus:i qbus non video
ꝙ papa aliquid poſſit.Ubi.n.ꝓ forma
veritas exigit̄ fictio nō operat̄.Cō.Jo.
an.Aut vult legitiare ꝓductos ex ma
trimonio quo;ad formā ſuā eēntiato:
inualide tn̄ ꝓpter reſiſtētiā iur|.ꝛ ſi re
ſiſtētia eēt iur| ciuilis:qꝛ ad ipm n̄ ſpe
ctat de mr̄imonio:dico ꝙ poſſet legiti
mare:qꝛ hec fictio poſſet trahi retro
cū nō hēret aliquod p̄ncipiū reſiſtens
quod validū eſſet:gnimo ex quo ſolū
ius ciuile reſiſtēt:filii ab ipſo p̄ncipio
eſſent legitimi.Aut mr̄imoniū validū
quo ad formā rudē extrinſecā: hēbat
impedimētū canonicū vel diuinū.Nō
facio inter iſta drīam h.Et adhuc non
credo ꝙ poſſet legitimare diſponēdo
in radicem matrimonii.qꝛ exquo ma
trimoniū habuit reſiſtentiā iuris ciui
lis eſt impoſſibile ꝙ fictio operet̄ r̄ſur
gendo matrimonium vt retro.qꝛ defi
cit in extremo a quo s̄.eo.tanta.ff.ō ſe
na.l.paulꝰ.al'.l.ſenatores.Unde credo
ꝙ hec legitimatio nō valēt vt trahēs
radicē a matrimonio: ſed bn̄ pōt valē
vt legitimatōis collatura ō nouo.Qn̄
ꝟo diſpōit i radicē mr̄imonii:aut ꝓleſ
ē ꝓdita ex mr̄imonio quo an ius cano
nicū reſiſtat mr̄imonio vel legitiatiōſ

prolis potest eē dubitatio ꝓbabilis. Et
dico ꝙ hoc casu pōt legitimare dispo
nēdo i matrimoniū. ⁊ declarādo legiti
mitatē ꝑpter dubiū matrimonii qḋ
est ei subiectū. ⁊ ad euitādā ꝑplexitatē
stante dubio. ⁊ qꝛ exquo nō habꝫ clarā
resistētiam iuris pōt retro trahi fictio
ad ꝑncipiū legitimatōis. ⁊ qꝛ ꝑpter du
bium ꝓbabile casus ē supposit⁹ pape
vt de grauiorib⁹: vt pꝫ in hac decre. ꝑ
venerabilē. ꝟ. rōnibus igiť. ⁊c. Et sic pē
dente dubio ⁊ q̄diu latet īpedimētuꝫ
videm⁹ ꝙ papa ex colore matrimonii
auctoritate ecclie ꝑlē legitiat: de clā.
despon. cū inhibitio. ⁊ ꝰ. eo. peruenit. ⁊
vbilibet. Unde hoc casu legitiat etiaꝫ
in terris imperii. qꝛ disponit in radiceꝫ
matrimonii. ad hoc ꝰ. eo. tanta. Nam
nulli dubium ꝙ legitimatio q̄ fit ex il
lo casu ex solo matrimonio etiā dēpta
quacunqꝫ solēnitate dotaliū instrōꝝ
quā requirit lex habilitat ⁊ proleꝫ legi
timat: etiā in terris imperii. Et sic de
facto consului Mutine. Nūqꝫ papa in
tendit legitimare solū conferēdo iura
legitimitatis nō disponēdo in radiceꝫ
matrimonii. vel qꝛ nō vult. vel qꝛ non
potest. qḋ patꝫ ex ꝑdictis. ⁊ tunc clarū
est ꝙ in terris ecclie pōt legitimare:
vt Ḃ. ꝟ. rōnibus igiť. ⁊c. qꝛ in istis exer
cet iura imperii. Aut vult legitimare ī
terris imperii: ⁊ tūc aut vult legitima
re sibi suppositū vel supponēdū rōne
clericatus: q eo ꝙ se legitimat ꝑpter
clericatū dicitur cleric⁹ saltem mente
iuxta nō. de trāsac. ex litteris. Et dico
ꝙ pōt. ⁊ eo legitimato secuto clericatu
legitim⁹ est quo ad tꝑalia ⁊ spūalia et
quo od oīa: vt pꝫ ex vna allegatōe hic.
Nec obuiat ꝙ ex hoc ꝑiudiceť nō sup
posito: nec dicať ꝙ sit legitim⁹ ⁊ illegi
timus q̄si monstrū. Aut vult legitima
re non suppositū nec supponēdū de ꝓ
ximo. Et tunc aut vlt legitimare cum
consensu illi⁹ qui supiorē non recogno
scit. ⁊ sic ē in quasi possessione liberta
tis. Et talis pōt legitimari: vt Ḃ. ꝟ. rōni
bus. Aut in terris illius qui supiorem

recognoscit: vt impatorē. ⁊ casus vide
tur hic ꝟ. rōnibus: ꝙ nō possit: qꝛ hec
que sunt supremi iperii vt legitimare
non possūt fieri sine ꝯsensu superioris
vt vult hec decre. que nō est alibi i hᵒ.
Et hoc ꝙ papa non legitimet in terris
imperii quo ad bōa tꝑalia tenēt Bar.
⁊ Ly. Sed si vis tenere ꝙ hec prās sit
ꝓrogabilis in habētē silēm potestatē
sicut dicim⁹ in his que sunt meri impe
rii: vt dixi de fo. cōpe. c. si diligenti. cre
do ꝙ nō posset facere papa istā legitia
tōem circa subm imperio: nisi vbi con
sentirent oēs qbus ꝑiudicať: qꝛ talis
iurisditio nō pōt ꝓrogari ad ꝑiudiciuꝫ
eoꝝ. Et hoc tenet Jo. an. dicēs ꝙ papa
hoc in terris ecclie pōt libere. i. sine ali
cuius ꝯdictiōe. In terris ꝟo subiectis
imperio nō pōt qn cōtradicere possit
is cui fit ꝑiudiciū non in spe sed in re
. i. qui iā possidet hereditatē. Secus si
solū speret. Unñ ſm Hosti. solo pr̄e reg
rente dū viuit pōt fieri legitimatio. eo
aūt mortuo ꝯsentiētibus illis qbus iā
delata ē hereditas. al' non. ⁊ quo ad feu
dalia consentiente dño feudi: nō obstā
te cōtradictione habentium spem tm̄.
Sed tamen in eorū preiudicium fieri
non debet sine causa. Ideo in dubio si
fiat alio non exꝑsso non attenditur ad
preiudicium agnatorum spem haben
tium nisi consentiant vel papa aliud
exprimat. Circa imperatorē vero sub
dit. ꝙ aut intendit legitimare dispo
nendo super matrimonio ⁊ incipiēdo
a radice. Et dico ꝙ non potest: quia hᵒ
est solius pape. Et sic leges que dicunt
ꝙ ex matrimonio subsecuto legitimā
tur filii: nisi fuissent approbate per ca
nones non credo ꝙ valerent. Et per
hoc patet ꝙ non potest facere plenissi
mam legitimationem que vitium de
leat originale. Aut vult legitiare col
latiue conferendo iura legitimitatis
⁊ q̄ ad spūalia credo ꝙ non possit. Jō
puto ꝙ legitimatus ab impatore non
possit ordiari: nec bñficiari: nisi aliter

dispẽset. Et hoc tenẽt Jo. an. ⁊ Archi. Aut vult legitimare q̊ ad tp̱alia ⁊ honores ⁊ hereditates. Et dico ꝙ pōt in terris imperii sicut ⁊ olim poterat. In terris aũt eccl'ie an possit. dic. Aut legitimat legẽ gnālẽ ↄdẽdo. Et dico ꝙ virtus legis se extẽdit ad existẽtes in terris eccl'ie: nõ ex ỽtute legis solũ: sed ex gnāli approbatõe eccl'ie. di. io. si ĩ adiutorium. quā facit canon: ex quo lex nõ repugnat canoni quā papa approbare censet: eo ꝙ nõ improbat: vt dixi ꝺ iudi. nouit. Non puto tamẽ ꝙ tales essent legitimati quo ad spũalia ꝓpter nām materie que nec directe nec indirecte supposita ẽ ptāti laici. Aut vult legitimare p̱ rescriptũ: ⁊ credo ꝙ non possit in terris eccl'ie nisi eo mõ quo s̄. dictũ est papā posse in terris imperii. Ibidẽ ẽt tangit ꝙ impator pōt legit'iare: vt s̄. dictũ est etiā ante coronatõez ₰m Jaco. de arena. ⁊ Jo. an. Itẽ dicit ꝙ hñs ptātez legitimādi ab impio: pōt vbi pōt impator ₰m verba p̃uilegii. et vbi nõ pōt: minus pōt hñs ptātez ab eo. Et sil'r dico de hñtibus ptātez a papa. In habẽte ptātem ab imperatore tenet Bar. in. l. p̄ses ff. de offi. p̄si. ꝙ nõ possit legitimare in terris eccl'ie: quia alius a proconsule non potest extra ꝓuinciā sibi decretā iurisditõem etiam volũtariā exercere. Puto etiā ingt ꝙ habẽs ptātẽ a papa vel a p̃ncipe non possit legitimare ad preiudiciũ alterius: etiā respectu spei: q2 tales cõcessiones ĩtelligunt sine alioꝝ preiudicio. de priuil'. pastoralis. cũ sil'ibus. hec ille. q etiā ibidem multa alia ꝓsequit ꝺ hac materia. B. Quib⁹ aũt modis illegitimus legitimet: hẽs, ĩ. legitim⁹. §. 2°. Et vtrũ malitia parẽtis debeat nocere illegitimo siue cuicunq; filio: habes sup̄ filius. §. 3°. Ad materiā illegitimoꝝ pōt pertinere s̄. filius. ⁊. ĩ. legitimus.

Llicite acquisitũ.

Quot modis dicit illicite acqsitũ, ⁊ quādo restitui debeat vł' ĩ. elyaz dari possit: habes s̄. elemosyna p̄. §. fi ⁊. ĩ restitutio p̄. §. antepl't.

Mmunitas.

De immũitate seu emunitate ecclesie aut confugientium ad eccl'iam: vide supra emunitas p̊. ⁊ 2°.

Mpedimentum

p̊ cõiter. Circa impedimenta matrimonii p̊ agem⁹ de impedimẽto ĩ genere. 2°. de impedimẽto erroris p̱sone. 3°. de impedimẽto cõditionis. 4°. de impedimẽto voti. 5°. de ĩpedimẽto cog̃tionis carnalis. s. cõsanguinitatis. 6°. de ĩpedimẽto cognatõis spũalis. s. cõpatnitatis. 7°. de cognatõe legali. s. adoptõnis. 8°. de ĩpedimẽto criminis. 9°. ꝺ dispi cultu. io. de violẽtia siue metu. 11°. ꝺ impedimẽto ordinis. 12°. de impedimẽto ligationis ad aliā vxorẽ. 13°. de publice honestatis iusticia. 14°. ꝺ affinitate. 15°. de impotẽtia coeundi. 16°. de matrimonio cõtracto cõtra interdictũ ecclesie. 17°. de impedimẽto feriarũ. De p̄dictis impedimẽtis sũt ỽsus ĩ qbus explicā tur ₰m p̄dictũ ordinẽ sic. Error. cõditio votũ. cognatio. crimẽ. Cultus. disp̱itas vis. ordo. ligamẽ. honestas. Si sis affinis. si forte coire neqbis. Hec sociāda uetāt ↄnubia. iũcta ↄtractāt. Eccl'e vetitum. necnõ tẽpus feriarũ. Impediunt fieri. permittunt facta teneri.

Que impediunt matrimonium iā contractum? R̃n. 12. sunt que impediunt non solum matrimonium contrahendum: sed etiaz dirimunt contractũ que ⁊ continentur in trib⁹ p̄mis versibus positis in ꝓximo. §. Et intelligas ꝙ dirimunt contractum si p̄cesserunt matrimonium. Si autem superueniant post matrimonium rite factuz vt affinitas vel crimen ⁊ huiusmodi: non dirimunt. A. etiam si non sit subsecuta copula carnalis: vt in sum. con. lib° 4° ti. 3°. q. i. B. preter vnum votum. s. religionis cuz effectu quādo quis ↄtracto qdẽ m̃rimõio: s3 añ carnalẽ copulā

rligionē ingredit.ex̄ ō cōuer.cōiuga.ve
rū.ꝛ.c.ex parte.2°. A. Ibi dicit clare ꝙ
cōtracto mr̄imonio legitime per ꝟba
de p̄nti:in nullo pōt cāu dissolui:etiā si
vn⁹ cōtrahētiū efficeret heretic⁹ vt vi
uēte reliquo alter ad secūda vota trās
migret:nisi vnus religionē ingrediat
A. ꝛ de sponsa. cōmissuꝫ. Expectari tn̄
debꝫ vsqꝫ ad ꝓfessionē: vt ponit Tho.
in 4°. di.27. A. i. quousqꝫ religioni etiā
in genere sit saltē tacite obligatus: vt
si nolit vitā absolute mutare: ifra qđ
tēpus beneficiū ingrediētis nō est alti
cōferēdū sine eius assensu: vt i.c. bene
ficiū: de regula.li°.6°. B. Naꝫ āte nō di
rimitur etiā ƀꝫ Pe. Sił'e hēs .i. votuꝫ
4°.§.5°.in fi. Aduertēdū ꝙ per suscepti
onē sacri ordinis dirimit: vt quidaꝫ di
cere voluerūt: sed contrariū declaratū
est hodie i quadā ex̄uagāti. Jo.22. que
incipit. Antique.

Que sunt illa que īpediunt matri
moniū cōtrahēdū: sed tn̄ non dirimūt
contractū? R°. p̄ quidē sunt duo predi
cta in p̄.§.s. ꝓhibitio ecclesie: ꝛ tēpus
feriarū: de quibus dicit.i. ipedimentū
16°. ꝛ ipedimētū.17°. Itē sᵗ quedā crimi
na: de quibus habetur.i. ipedimentuꝫ
7°.§.p̄. Itē ipediunt matrimoniū cōtra
henduꝫ sponsalia que sunt p̄us cū alia
contracta: de quo.i. sponsalia.§.8°. Iteꝫ
īpedit cathecism⁹ qui precedit baptis
muꝫ: vt habetur.i. ipedimentū.6°.§.2°.
Itē ipedit votuꝫ simplex: de quo.i. ipe
dimētū 4°.§.p̄.ꝛ 2°.

Utruꝫ aliqua consuetudo ipediat
matrimoniuꝫ contrahēdū vel dirimat
contractuꝫ? R° ƀꝫ Hosti. Si consuetu
do est approbata per papā ne matri
moniū contrahatur: ꝛ vt contractū se
paretur certe ipedit ꝛ dirimit. dico in
quibuscunqꝫ casibus hoc posset facere
canonica cōstitutio.ex̄ de cogna. spi.c.
p̄.ꝛ.c. super eo.extra de cōsan.ꝛ affi. qđ
dilectio. Nā approbatio pape hēt viꝫ
constitutionis. Sed si consuetudo non
sit per ipꝫ approbata nec reprobata
tunc ad euitāduꝫ scandalū quod forte
sequeretur faciendo contra eaꝫ īpedit
contrahenduꝫ: sed non dirimit contra
ctuꝫ. Idē Ber.ꝛ Inno. A. Idē in sum.
con.eo.ti.q.2. B.

Quid agēdū quādo doctores discō
dāt circa ipedimētū matrimonii? R°
ƀm Hosti. Ubicunqꝫ doctores per glo
sas suas dicunt solui matrimoniū: si n̄
inducant ius expressuꝫ contrariū dicē
ti adhereas: ex̄ de testi. lꝫ ex quadā. in
fi. A. Idē in sū.con.eo.ti.q.3. B.

Quid si ecc̄lia p̄cipiat alicui ɔiugū
cohabitare cuꝫ altero: ꝛ ille cui p̄cipit
sciat esse ipedimētuꝫ? R° ƀꝫ Hugꝰ. In
hoc casu quātuꝫ ad reddēdū debituꝫ n̄
tenetur obedire. tn̄ in cohabitatione ꝛ
necciorū exhibitōe obedire debet ꝛ nō
negare ei cui de facto se copulauit. A.
Naꝫ obedire debꝫ inquātū potest sine
peccato: vt in.c. inquisitioni: ex̄ de sen.
exco. B.

Quomō an̄ matrimoniū sit īquirē
dū an sit aliquod ipedimētū? R̄n°. De
bent banna publice i ecc̄liis per p̄sby
teros ꝓponi: vt infra cōpetēteꝫ termi
nuꝫ q scit ipedimētuꝫ ꝓponat. ꝛ si ap
paruerit ꝓbabilis cōiectura cōtra co
pulā futurā inꝰdicat exp̄sse donec con
stet qđ fieri debeat: alr̄ si cōtraherent
sine bānis aut post ꝓhibitōes ꝛ extite
rit ipedimētū: vtputa gradus ꝓhibiti
tūc filii dicētur illegitimi: ꝛ nō excusa
būt ꝓpt ignorātiā parētū. Sacēdos qꝫ
qui tales cōiunctōes inhibere cōtēpse
rit: vel regularis qui interesse p̄sūpse
rit: p trieniū ab officio suspēdat. Qui
vero falsū impedimētū maliciose ob
iecerit: canonicā non effugiet vltioneꝫ
ex̄ de clā. despon. cum inhibitio. In ali
quibus vero locis non fiūt hec banna
sed solum cōtrahuntur sponsalia solē
niter ꝛ publice multū āte mr̄imoniuꝫ
ꝛ iteriꝫ pōt manifestari an sit impedi
mētuꝫ. De matrimonio qđ fit sine bā
nis. ꝛ clādestine aliquid habes.i. legiti
mus.§.p̄.ꝛ s̄.debitum.§.fi.

Quid si aliqs audiuit perpetuum
ipedimētū eē inter se ꝛ vxorē: nunqd

teneř ingrere? R° ẜm Guil. Si audiuit
a fidedignis ⁊ nō suspect]: cū non debe
at eē negligēs sue saluti: teneř ingrē
veritatē: alr eēt affectata ignorātia q̄
ñ excusat: ⁊ si cōcipiat ꝓbabilē opinio
nē de dicto alicui' nō debꝫ exigē ꝺbitū
lꝫ reddere teneař. A. Idē in sū. con. li°
4° ti. 21. q. 2. B. Secus si ita īuenēit ve
ritatem ꝙ eē impedimētū hēret ꝓ cō
stanti: tunc. n. nec exigere nec reddē dꝫ
A. facit ex̄ de sen. exco. inquisitōi. B.
Porro qui tale īpedimentū audit a vi
ro fidedigno etiā iurato: aut cōpatre
suo: aut a ꝓprio sacerdote: aut publica
fama nō ita teneř credē ꝙ peccet mor
talř si nō credat: sꝫ venialr: sicut etiaꝫ
peccare pōt qui nimis de facili credit.
A. Idem in sum. con. eo. ti. q. 4. B.
Nunquid peccat sacerdos vel ali'
quicunqꝫ sciēs īpedimētū insinuando
h° alteri ꝯiugū vel ābob' seu alter alři
R° ẜm Guil. Si ꝓbari nō pōt. dicendo
agit indiscrete: nisi credēs ꝙ audiens
paratus sit in hac parte peritoꝝ ꝯsilio
obedire. Si vero possit ꝓbare ⁊ sciat
hoc sacerdos ꝓchialis: vel alter con
iugū: teneř solēnř ad diuortiū agē ni
si de cōi consensu velit ⁊ possint cohita
re tanqꝫ germani. A. Idē in sū. cō. eo.
ti. q. 5. ⁊. 6. B. Istū etiā casuꝫ hēs s̄. cor
rectio. 2° §. 6°

Impedimentum

2° de errore ꝑsone. Sciendum
ꝑ ꝙ nō oīs error īpedit mr̄imoniuꝫ sꝫ
solū error persone ⁊ cōditōis. Cuius ra
tionē assignat Tho. in 4° dis. 30. dicēs
ꝙ oꝫ ꝙ error q matrimoniū impedit
sit alicuius eoꝝ que sūt de eēntia mr̄i
monii. Ipꝫ autē matrimoniū duo īclu
dit. s. personas que cōiunguntur: ⁊ mu
tuā ptātem inuicē in qua mr̄imoniuꝫ
cōsistit. Primū tollitur per errorē per
sone. Secūdū per errorē ꝯditōis. quia
seruus nō pōt ptātem sui corporis libe
alteri tradere sine cōsensu dñi sui. hec
Tho. Itaqꝫ si sit error persone nullus
est cōsensus. Nā qui errat nō cōsentit
. ff. de iurisdi. om. iudi. si per errorē: ⁊ er
rantis voluntas nulla ē. C. ꝺ iur] ⁊ fac.
igno. l. cū per testamētū. ⁊. l. nō iccirco.
Et sic nullū ē ꝯiugiū: vtputa si Iohēs
dicat se eē Petrū. sed error fortune et
qualitas nō excludit ꝯsensuꝫ: vt si mu
lier nubat paupi quē credit diuitē. vel
si qs ꝯtrahat cū corrupta siue inhone
sta quā credit ꝟginē tenet mr̄imoniū
29. q. i. his ita. A. Glo. Ray. in ti. de erro
re ꝑsone sup ꝟbo ꝟgo. dicit ꝙ Hug. no
tat. 27. q. 2. raptor. ꝙ si quis despōsaue
rit de futuro corruptā quā credidit eē
ꝟginē: ꝯpta postmoꝺ ꝟitate añ carna
lē copulā: nō est cōpellēdus cōsumare
mr̄imoniū cū ea. qꝛ per hoc ipediretur
ei' ꝓmotio ad ordines ecclīasticos. B
Quid si quis dicat se esse filiū regis
cū nō sit? Dicēdū ẜm Tho. in 4° dis. 30.
ꝙ error nobilitatis inqꝫtū h' mōi non
euacuat matrimoniū sicut nec error q̄
litatis. Sed si error nobilitatis vel di
gnitatis redūdat in errorē persōe: tūc
īpedit matrimoniū. Uñ si cōsens' mu
lieris feratur in istā ꝑsonā directe: er
ror ꝺ nobilitate ip si' nō īpedit mr̄imo
niū. Si aūt directe intēdit ꝯsentire ī fi
liū regis qcunqꝫ sit ille: tunc si ali' pñ
teř ei q̄si filius regis: est error ꝑsone: ⁊
impedit mr̄imoniū. Et eodē modo vř
dicēdū si quis dicat se ꝑmogēitū ⁊ nō
est. A. Ad intelligētiā ꝑdictoꝝ ẜꝫ Ray.
⁊ in sū. con. li° 4° ti. 3. q. 4. sciendū ꝙ ad
h° ꝙ aliqs vel aliqua dicař errare in
persona: oꝑꝫ ꝙ per visū auditū vř fa
mā hēat aliquā noticiā illius ꝑsone ab
sentis: quā credit istā pñtē. qꝛ ī ignotū
penit' nec affectū nec cōsensū dirigere
possum'. Uñ si nullā noticiā hēat muli
er' de persona abñte nō errat ī ea: sꝫ de
cipiř ī pñte. Uerbi grā. Si aliquis āgli
cus rusticus veniat ad aliquā mulierē
nobilē dicens se esse filiuꝫ regis āglie.
⁊ cōtrahit illa cū eo credēs eum filiuꝫ
regis nō impedit mr̄imoniū. qꝛ nō fuit
error persone sed potius q̄litatis. Hoc
exēplū nō videř placere Hosti. qꝛ cuꝫ
vbiqꝫ hēatur noticia reg] āglie saltē ꝑ

famã vł q̃ h̃ sit error p̃sõe: nec ĩ p̃ntẽ personã: sed ĩ p̃sonã filii regis anglie cõsẽtire videt̃. Uñ ĩquit. Intellige hoc quãdo nõ exp̃mit aliquã certã locutionẽ p̃ quã hẽatur noticia p̃ris ⁊ filii per ꝯñs: puta dicit se eẽ filiũ regis vł comitis in genẽ: nõ dicit cui⁹: vł si specificat nulla habet̃ noticia filii neq̃ patris. Itẽ s̃m glo. Ray. ⁊ in sũ. cõ. eo. ti. q. 6. si aliqua scit aliquẽ mł'tos hẽre filios q̊rũ tamẽ nullus ẽ not⁹ ei. ⁊ vn⁹ eoꝝ mẽtitur se esse p̃mogenitũ: ⁊ ista cõsẽtit ĩ eum ꝓpter spẽ successiõis bonorũ paternoꝝ: nõ est error persone: s꜔ fortũe siue relatõis. s. p̃mogeniture: ⁊ ideo nõ impedit̃ matrimoniũ. B.

Impedimentum

.ff.qđ cuiusq; vniuer.no.l.sicut munici
piū.io.aūt aut.2o.faciūt turbā.ff.vi bo.
rap.l.fi.§.p̊. A .Immo .l.p̄tor.2°.§.p̊.
Et ibi dr̄ ꝙ.io.vel.2o.faciunt turbam.

B Quatuor aũt vel q̃nq̃ porci vł decem oues faciũt gregẽ.ff.de abigeis.l.oues. A .Idẽ i sũ.li.º 3.º ti.30.q.15. vbi ẽt ex hoc arguit̃ ꝙ põt dici pplm scandalizari qñ.x. q̃ues ⁊ honesti de poplo scãdalizant̃:lꝫ in pplo sint ẽt mille. B.

Portio canonica.

De portõe canonica circa sepłturas. vide.ĩ.sepultura 3.º Itẽ de portione legitima filiorꝫ ⁊ hedũ.vide supra legitima.per totũ.

Postulatio

quid sit?R.º fm Hosti.lꝫ Gof.dicat ꝙ postulatio ẽ gr̃e petitio.ar.ex̃ eo.bone.Tu dic ꝙ postulatio ẽ alicuiꝰ psone que eligi ꝓhibet̃ non ꝓpt̃ vitiũ sed ꝓpt̃ defectũ q tñ postulatũ nõ oĩo ĩhabilẽ reddit ad ꝓuidẽdũ eccłie ꝯcors ⁊ certa capituli petitõ. A .Idẽ in sũ.li.º 3.º ti.26.q.13. B.

Quis sit postulãdꝰ vel nõ? R.º scd̃ꝫ Hosti.In p̃mis q̃dẽ non põt postulari criminosus:puta ꝑiurꝰ homicida : vel inobediẽs.Tales.n.nec eligi nec postulari pñt.ex̃ eo.c.p̃.⁊ 2.º Itẽ nõ ꝓfessus tacite vel exp̃sse nõ postulat̃ in reglarez ꝓlatũ:sicut nec eligit̃ : ex̃ de elec.cum cãm.⁊.c.cũ ad nr̃am:nisi nccitate instãte:q2 tũc posset dũmõ in regula fuerit cõpetent̃ instructꝰ:sicut põt colligi ex̃ de elec.cũ monasteriũ.⁊.c.officii.§.fi. Itẽ non postulat̃ epilẽticꝰ:sicut nec eligit̃:ex̃ de elec.cũ int̃ canõicos: nisi forte sit liberatꝰ ita ꝙ iã ꝑ ãnũ fuit liber .33.di.cõiter. B Et ibi ꝓꝫ ꝙ si talis ceciderit cũ clamoribꝰ seu vexatõibꝰ: i ꝑpetuũ nõ admittit̃. B .Itẽ nec mutilatꝰ:q2 talis oĩo inhabilis ẽ : ex̃ de corpo.viti.exposuisti.De hoc.ĩ.vitiatꝰ corpore.§.2.º ⁊ ibidẽ de multis vitiis corporalibꝰ ꝑ totũ.Itẽ nec bigamꝰ vł irregularis.q2 talia ⁊ siłia oĩo ĩhabilẽ reddũt. Qd̃ si talis defectꝰ ẽ qui nõ reddit oĩo ĩhabilẽ admittit̃ postulatio.iõ postulari põt si defectꝰ sit i etate.ex̃ eo. A .s. de elec. B .cũ nobis oliꝫ.§.płt.⁊ vlt. Itẽ si defectꝰ sit i ordinibꝰ. Nã ad oẽs dignitates hñtes curã postulãdus ẽ q nõ est in sacris:ex̃ de elec.dudũ p̃.§.fi. ex̃ de eta.⁊ q̃li.a multis. Itẽ si sit defectus in natalibꝰ:ex̃ de elec.inotuit.Itẽ si sit ep̃s:ex̃ eo.c.fi.Et si talis eligeret̃ : ñ valẽt.vt ibi hr̃. A .Idẽ i dctã.q.13. B.

Utrꝫ clicꝰ aliene diocesis sit postulãdus vel possit eligi? R.º fm Ber.ex̃ de elec.⁊ si vnanimit̃. A .h.º c. nõ videt̃ ibi hr̃i. B .Quãuis clici non possint dimittẽ eccłias suas siñ ꝯsẽsu ep̃orꝫ suorũ:nihilominꝰ eligi pñt siue i sua siue ĩ aliena diocesi:ex̃ de elec.cũ int̃ canõicos. A .Hꝰ nõt glo.i.c.inotuit.ex̃ de renũ.⁊ addit ꝙ si ep̃s malitiose denegauerit licẽtiã cõpellẽdus erit per suũ supiorẽ.ex̃ d̃ iure pa.nullus.Et idẽ nõt̃ in dicta.q.13. B.

Utrꝫ religiosus debeat postulari vł eligi? R.º Diuerse fuerũt hactenꝰ opiones.Hodie tenet̃ indistincte ꝙ siue in suo mõasterio siue ex̃:siue ẽt ad ep̃alẽ dignitatẽ eligi dꝫ:vt nõt̃ ꝑ Io.an.ex̃ d̃ elc.nullꝰ.li.º 6.º A .Et i dcõ .c.nullꝰ.vr̃ ex p̃sse colligi.ubi ẽt dr̃ ꝙ nullꝰ p̃t eligi i p̃latũ rligiõis nisi fuẽit exp̃sse ꝓfesꝰ. B

Si aliq̃s eligat postulãdo vł postulãdũ vł i postulãdũ vł postulet eligendo vł eligẽdũ: vł i eligẽdũ:⁊ hiꝰ hẽs s̃. electio.p̃.§.18.º q incipit.In oĩ.

A q̃ sit aliq̃s postulãdus? R.º Si sit ep̃s a papa postulãdꝰ ẽ:ex̃.e.c.fi. Si ꝟo patiat̃ d̃fectũ i ordie vł etate dꝫ postulari ab eo q i hac ꝑte dispẽsare põt.Uñ si aliq̃s.20.ãnorꝫ postulet̃ ad dignitatẽ siñ cura:ab ep̃o põt postulari. Si cum cura:a papa:vt s̃.dispẽsatio.§.płt.⁊ fi. Si ꝟo sit defectꝰ q2 ẽ clicꝰ aliene diocesis vel subest alt̃i vt religiosus ⁊ hiꝰ:ñ dꝫ ꝙ postulet̃:sꝫ eligi põt: vt dictũ est s̃.§.3.º ⁊ 4.º A .Ad hoc põt reduci qd̃ nõtur i sũ.eo.ti.q.13. B.

Quis põt postulare? R.º fm Hosti. Qui ⁊ eligẽ põt:ex̃ eo.bone.2.º §.ceterꝫ.⁊ ꝑ to.ex̃ d̃ elc.inotuit.⁊ valꝫ siũ admittit̃ postłatio si ꝯcors fuẽit.s.si ab oibus fiat.vł saltẽ si due ꝑtes ꝯsẽtiũt: q2 tũc idẽ ẽ ac si oẽs ꝯcordarẽt.ał ñ facile ad

mittit᷑:ex̄ ꝺ elec.ſcriptū.§.fi.nec reqrit᷑
forma ↄcilii:ex̄ ꝺ elec.qꝛ ꝓpt̄.ſ. vt fiat
ꝑ modū ſcrutinii ꝛ formatōis decreti.
A .i.ſꝫ formā dcti.c.qꝛ ꝓpt̄. B .q̄uiſ
ſꝫ q̊ſdā reqrat᷑ ꝛ tuti⁹ ſit. A .Ad h° fa
cit qꝺ hr̄ i ſū.eo.ti.q.15.ꝛ ſe. B.

Quis ē effect⁹ poſtulatōis? R°. qꝛ po
ſtulatōe admiſſa tanq̄ꝫ rite facta pote
rit poſtulat⁹ ↄfirmari:ac ſi elect⁹ fuiſſꝫ
ex̄ de elec.cū monaſteriū. A .ꝛ ſic ſer
uat curia ad vitādū circuitū:ꝛ nos ſer
uare debem⁹:lꝫ de ordine iuris videat᷑
vt ꝑ poſtulatōeꝫ p̊ qs habilitet᷑ vt poſ
ſit eligi:exinde ↄfirmari ſm Hoſ.ꝛ Ho
ſti.ꝛ i ſū.eo.ti.q.17.ꝑ.c.inotuit.in fi.ex̄ ꝺ
elc̄.vbi n̄ vr̄ bn̄ ꝓbari ꝙ talis ſit ordo
iuris. B.

Utꝝ ꝑ poſtulatōem aliqꝺ ius acqui
rat᷑ poſtulato? R°. ſꝫ Jo.an. ſuꝑ 6°. Si
poſtulatio ↄcors fuerit vel ſaltē a dua
b⁹ ꝑtib⁹ fcā:pēdet qdē a gr̄a gnāli.ſꝫ tn̄
ſꝫ q̊ſdā peti pōt ↄfirmatio.ex̄ ꝺ elec.cū
mōaſteriū.ꝛ.c.officii.§.fi.Et ſi taleꝫ ad
miſerit ſuꝑior dicet᷑ facē grāꝫ:ſi nō ad
miſit facit iiuriā.ff.de aq̄ q̄ti.ꝛ eſti.§.
plt.Si āt nō ſit facta i ↄcōdia vl̄ a dua
b⁹ ꝑtib⁹:ſꝫ ex cā:tūc depēdet a gr̄a ſpā
li:ex̄.e.poſtulatōeꝫ.ꝛ.c.bone. A .vt pꝫ
in ſū.eo.ti.q.18.Hoſti.dicit. Quicquid
alii dixerit ſic diſtiguo: aut duo poſtu
lantur aut vnus poſtulat᷑ ꝛ ali⁹ eligit᷑.
Si duo poſtulāt᷑ aut i alteꝝ ↄueniunt
due ꝑtes capl̄i ꝛ poſtulatio fit ex cā.pu
ta ꝓpt̄ vrgētē nccītatē aut euidētē vti
litatē eccl̄e aut alteꝝ iſtoꝝ deficit. In
p̊ cāu acqrit᷑ ius poſtulātib⁹ adeo ꝙ ēt
ↄfirmatio peti pōt ar.ex̄ de elec.cū mo
naſteriū.ſꝫ n̄ acqrit᷑ ius poſtulato: niſi
fuerit ſuꝑiori poſtl̄atio p̄ntata. tūc.n.
ius ſibi acqret᷑.Nō tn̄ aget poſtl̄at⁹ ne
p̄ſūptuoſe ſe igerē videat᷑.ar.ex̄ ꝺ elc̄.
q̄lit̄.veꝝ in modū ꝺnūciatōis forte ad
mittet᷑ ob vtilitatē eccl̄e:ar.ex̄ de elec.
publicato.Qꝺ ſi neut᷑ duoꝝ poſtl̄atoꝝ
hꝫ duas ꝑtes vl̄ hꝫ ſꝫ nō fit ex cā:nō iu
ri:ſed gr̄e initit᷑.Si aūt vn⁹ eligit᷑ ꝛ ali⁹
poſtulat᷑ ꝛ i poſtulatū due ꝑtes ↄueni
unt ꝛ fit ex cā.p̄fert᷑ poſtulatio ꝛ vicit
electōeꝫ:ex̄ ꝺ elc̄.ſcriptū.Qꝺ ſi vn⁹ de
duab⁹ ꝑtib⁹ deficiat vl̄ cā nō ſubeſt ele
ct⁹ obtinet:vt in dicto.c.ſcriptū.Et hec
ꝟa ſi ꝑſone ſint idonee. aliogn ꝑſona
idonea electa ↄ̄ ꝑſonā poſtulatā min⁹
idoneā q̄uis duas ꝑtes hēat:obtiebit:
ex̄ ꝺ elc̄.dudū p̊.§.fi.ꝛ dcō.c.ſcriptū. B.

Utꝝ poſtulātes variare poſſint? R°.
ſꝫ Hoſti.Uariare pn̄t re itegra ſ. quo
uſq̄ꝫ miſerit ꝓ ↄfirmatōe petēda. Aliq
tn̄ dicūt ꝙ nō.ſicut de electōe: vt ſup̄.
electio p̊.§.15°. q icipit. Publicato. Si
tn̄ poſtulātes ꝛ ſuꝑior a q̊ poſtulat᷑ cō
cordarēt poſſēt reſilire nō obſtāte ↄ̄di
ctione poſtulati. A .Ideꝫ in ſum.eo.
ti.q.10.ꝛ.19. B.

Poſtulati a papa q patiūt᷑ i ordib⁹
vl̄ etate defectū tenēt᷑ i mag̃ ꝑte ſua
re conſtitutōem:ex̄ ꝺ elec.cupiētes.de
q̄ dcm̄ ē ſ̄.electio p̊.§.4°. A .H°. ꝓbat᷑
i dcō.c.cupiētes.ad fi.vbi ēt pꝫ ꝙ idē ē
de oib⁹ aliis poſtulatis p̄terq̄ꝫ de his q
ſūt alligati aliis eccl̄iis. B.

Utꝝ ep̄s poſtl̄at⁹ ꝺbeat ↄſētire? R°.
ſꝫ Jo.an.li°.6°.Ep̄s poſtl̄at⁹ ad aliā eccl̄i
am ſic dꝫ rn̄dē.Nec ↄſētio nec diſſētio.
ſꝫ i h° volūtati dn̄i pape me ſuppono:
ad h°.8.q.1.i ſcriptur. A .H° vr̄ ſat ꝓ
bari i dcō.c.cupiētes.ad fi. B.

Poſtulatio ſiū poſtl̄are ſꝫ iuriſtas
ē deſideriū ſuū ſiū amici ſui i iure apꝺ
eū q iuriſditōi p̄eſt exponē vl̄ alteri⁹
deſiderio ↄ̄dicē.ff.de poſtu.l.1.Et ꝺ iſta
poſtulatōe hēs ml̄ta.3.q.7.§.tria.

Rebenda.

Quid ſit p̄
bēda ſiū ca
nonia? R° ſm Hoſti. Prebē
da eſt ius percipiendi ꝓuentus in ec
cleſia competens tanq̄ꝫ vni ꝺ collegio.
ꝛ naſcitur ex canonia ſicut filia. qꝛ ex
quo aliquis habet canoniam debꝫ ha
bere ꝛ prebendam:extra eo.c.relatuꝫ.
Prebēda igit᷑ ꝓp̄e conſiſtit in fructuū
perceptione. Canonia aūt in iure alic⁹
q in canonicū receptus ē ad quod ius
poſtea ꝑtinet p̄benda.ſtallus in choro
vox in capitulo: vt in dicto.c. relatum.
A .Idem in ſum.lib°.3°.ti.13.q.17. B.

dignitas ꝟo qd sit: vide s̄. dignitas. ꝛ ibi. quid personatus. ꝛ30.

Utrū in receptōe canonicoꝝ ꝛ collatione ꝑbendaꝝ absentes canonici vocādi sint? R̄°. Si cōmode fieri valeat vocandi sūt nisi cōsuetudo hēat eos ad talia nō vocari. alr̄ qđ in eoꝝ absentia fieret eis instātibꝰ irritari dꝫ: ex̄ eo. cum i ecclesiis. li°. 6°.

Receptum.

vide sup̄ obedientia ꝑ. 2°. 3°. ꝛ. 4°.

Redicator.

Sciendū ꝙ offm̄ ꝑdicatōis oibꝰ laicis ē īrdictū: ex̄ de hēti. sicut i vno. Itē nō dꝫ admitti ad ꝑdicādū q dic̄ se ꝑ visionē missū a đo nisi ꝓbet. sicut ꝛ Moyses ꝓbauit miraclo: de ɔse. dis. 2. reuera. Sꝫ tn̄ sufficit ad ꝓbatōem bonoꝝ testimoniuꝫ. Un̄ nꝫ clic̄ꝰ admittit nisi mittat: ex̄ de hēti. cū ex iniuncto. § ꝑ. Epi ꝟo vbiqꝫ ꝑdicare possūt nisi ab alieno ep̄o in eiꝰ diocesi ꝓhibeant. Nullus aliꝰ pōt nisi ab apostolica sede vel ab episcopo loci hanc habeat potestateꝫ: ex̄ de hēti. excōicamꝰ. §. qꝛ ꝟo. Et si ꝑdicat in mortali pctō mortalit̄ peccat: vt pōit Tho. in 4°. dis. 19. Sed an teneat eē ɔfessus vide s̄. ɔfessio. 2°. §. 5°. A. Et ibi latius in additōe. Et idē qđ in hꝰ ꝑncipio nōt i sū. li°. ꝑ. ti. 5°. q. 19. ꝭm Hosti. B.

Officiū ꝑdicatoꝝ est ꝑcipuū i eccl̄a dei: ex̄ de hēti. cū ex iniūcto. Et mltis ꝑuilegiis dotat: ex̄ de sta. regu. ꝙ dei timorē. ex̄ de exces. ꝑla. nimis. ꝑ. ꝛ 2°. A. In his capl̄is dr̄ spālr̄ de ꝑuilegiis ꝑdicatoꝝ ꝛ minoꝝ: qꝛ ꝑdicatoꝝ ordo ꝛ fratrū minoꝝ tāqꝫ fideles clypei orthodoxe fidei spāli sūt hodie ꝑuilegio đcorati ꝭm Hosti. ꝛ in dicta. q. 19. B.

Predicator dꝫ hr̄e tria ꝑcipua. ꝑ vt sit interiꝰ caritate ardēs. i. Cor. 13°. Si linguis hoium loquar ꝛ angeloꝝ: caritatē aūt nō hēam factꝰ sū velut es sonans: aut cymbalū tiniēs. 2° vt sit exteriꝰ vita lucēs. Gregoꝰ in omel. de decē ꝟginibus. Cuiꝰ vita despicit restat vt eiꝰ ꝑdicatio ɔtēnat. 3. q. 7 §. por. Nā q bn̄ ꝑdicat ꝛ male viuit: deū instruit quō eū ɔdēnare đbeat. 40. di. mlti. xi. q. 3. ꝑcipue. 3°. vt sit ad actū ꝑdicādi ɔpetēs. In q̊ q̄tuor sūt ei attēdēda. ꝑmū ē tp̄s .s. aptuꝫ. Un̄ sup illud .2. Timoth. 4°. ꝑdica ꝟbū ista oportune iportune. ait Gregoꝰ. Dicturꝰ iportune ꝑmisit oportune. qꝛ apud auditoꝝ mētes ipsa sua vilitate se destruit si hr̄e oportunitatē iportunitas nescit. 44. dis. sic rector. in fi. Scđꝫ est locꝰ. qꝛ fieri dꝫ ꝑdicatio vl̄ in eccl̄ia: vel in alio publico ꝛ honesto loco: nō āt i ꝑuatis locis vl̄ domibꝰ: ꝛ per occulta ɔuēticula laicoꝝ ne forte oriat suspitio heresis. 30. dis. si qs ex̄. Math. 10. Quod in aure audistis ꝑdicate sup tecta. ex̄ de hēti. cū ex iniūcto. circa ꝑncipiū. Tertiū ē q̄litas audiētiū. Nā sapiētibꝰ ꝛ doctis alta ꝛ ꝓfunda ꝑdicare ꝑt. simplicibꝰ ꝟo pauca ꝛ plana. i. Cor. 2°. Sapiam loqmur inter ꝑfectos. Et. i. Cor. 3°. Lac vobis potum dedi nō escā Non. n. poteratis. ꝛc̄. Item infidelibus secreta fidei non sunt predicanda: nisi forte signa appererent ꝙ vellent conuerti: ꝛ tunc cū cautela. 42. dis. in mandatis. Quartū est qualitas dicendorū .s. vt vtilia doceat. Isai. 48°. Ego dominus docēs te vtilia. Nō itaqꝫ fabulas aut grāmaticalia ꝛ hiꝰ. 86. di. cū multa A. Hec videt fuisse dicta Ray. vt in sū. li°. 3°. ti. 9. q. i. B. De q̄stuariis ꝑdicantibus. vide. i. q̄stuarii. Quomō predicatores possint cū excōicatis ꝑticipare: ꝛ ab eis recipe. vide s̄. excōicatio. 6°. §. 3°. ꝛ cū raptoribus. i. restitutio 5°. §. fi.

Redo

dicit qcūqꝫ alios ꝑdat iniuste. Et possumꝰ q̄tū ad p̄ns quatuor modos ponere. In primis quidem dicuntur predones qui viatores expoliant rebꝰ suis: vt dr̄ s̄. latro. 2° dr̄ ꝑdo miles qn̄ accipit ꝛ tollit a personis vltra stipendia sibi ɔstituta. 15. q. i. militare. 3° sūt ꝑdones ꝑlati qui vt ꝓcurationem ipēdant legato vl̄ siles expēsas faciāt plus extorquēt a subditis q̄ soluāt: ex̄

de imu.ec.q2 plerict.4.° dr̃ p̄do iudex si
ue officialis pecunias idebite accipiēs
.C.ad.l.iul.repe.oēs. hec Hosti.
Que pena p̄donis? R.° ſm Ray. Ea
dē pena ē p̄donis q̄ ⁊ raptoris cū vtq̄
raptor ſit. Et iō quos par facin⁹ coing
nat pena o3 ſil comitari.15.q.3. ſane. vi
de.i.raptor p̄.§.p̄.

Relatus q̄lis eē debeat
colligē ex r̄gu
la ap̄lica quā hēs ſ.ordinad⁹.
§.p̄. Jtē p̄la p̄tinētia ad p̄latos ſ.ep̄s.
⁊ ſ.correctio p̄.⁊ ſ.obediētia.p totum.

Presbyter. quere.i.ſa
cerdos. Jtē
ſ.ↄfeſſor.⁊ ↄfeſſio.p totū. Jtē
ēt ſ.eucharistia.3.° Jtē ēt ſ miſſa.

Prescriptio q̄d ſit? R.°
Preſcri
ptio vl̄ vſucapio eſt acq̄ſitio
dñii p ↄtinuatōem poſſeſſionis tp̄is a
lege diffiniti.ff.de vſucapi.l.3. Et p̄p̄e q̄
dē p̄ſcriptio ē i imobilib⁹: vt in domo
⁊ in agro. Hēt ēt locū in reb⁹ incorp̄ali
bus: vt i ſeruitutib⁹ actōib⁹.⁊ hi⁹. ex̄ ō
cā poſ.⁊ p̄p̄e.cū eccl̄ia.16.q.3.quas actō
nes. Uſucapio x̄o ē de mobilib⁹ ⁊ ↄple
tur triēnio.ſed p̄ſcriptio req̄rit maius
tp̄s: vt iā dicet̄. A .Ad p̄dicta facit i
Inſti.de vſucapi.in p̄n.° B .Al̄ x̄o q̄c
q̄d de p̄ſcriptōe dr̄ ⁊ de vſucapione in
telligi o3.
Que res p̄ſcribi pñt vl̄ q̄ ñ pñt? R.°
Gnāl̄r oēs res ⁊ oē ius p̄ſcribi pōt: ex̄
eo.ad aures.C.de p̄ſcrip.30.vel.40.an.
ſicut in rē. Excipiūt̄ q̄dam. In p̄mis q̄
dē i crimibus nullo tp̄e p̄ſcribit̄: ſ3 po
tius ex diuturnitate tp̄is augēt̄: ex̄ de
ſimo cū in eccl̄e.34.q.5.q̄ō deo. Jtē nō
p̄ſcribit̄ ↄ obediētiā viſitatōem ⁊ ↄ p
curatōem q̄ rōe viſitatōis debēt̄: ex̄.e.
cū nō liceat.⁊.c.cū ex officii. ex̄ de cen.
cū inſtātia Et talia q̄dē nō p̄ſcribit ſub
dit⁹.q2 ea o3 p̄lato Ali⁹ tñ pōt talia p̄
ſcribē: vtputa abbas: vl̄ ali⁹ p̄lat⁹ pre
ſcribit ↄ ep̄m circa ſubditos ei⁹. Et ſic
dicit Inno.in h° cāu l3 ſubdit⁹ aliq̄liter
p̄ſcribat: nō p̄ſcribit noīe ſuo ſ3 potius
noīe alteri⁹ cui de ſubiectōe rñdet: vt
in dicto.c.cū ex officii. Jtē eccl̄e ⁊ cet̄a
ſacra vel religioſa loca.decime.p̄mitie
⁊ oblatōes.nullo iure pñt a laici p̄ſcri
bi vel poſſideri.16.q.3.§.pōt. ex̄ de pre
ſcrip.cām que.⁊.c.ſi diligēti. Et de hoc
ſ.decime.3.° §.xi.° q̄ incipit. vtrū decime
p̄ſcribi. Jtē nō pōt p̄ſcribi limes: vl̄ q̄ō
adhēt limiti ep̄atuū vl̄ p̄rochiarū.16.q.
.3.lic3.⁊.c.int̄.ex̄ de p̄roch.ſup eo. Rō ē
ne termini ep̄atuū vel p̄rochiarū ↄfun
dant̄. A .Q̄ō bñ colligit̄ ex iurib⁹ al
legatis. B .Limes tñ p̄diorū pōt pre
ſcribi.16.q.4.volum⁹.ex̄.e.q2. Jtē nec
liber hō pōt p̄ſcribi.16.q.3.§.pōt. Jtem
res publice q̄ ſūt in vſu pp̄li Romani
vel aliarū ciuitatū. vt vie platee.pōtes
aq̄duct⁹.⁊ hi⁹ nō p̄ſcribunt̄. Intellige
nec in toto nec i parte.ff.ō vſucap.l.vſu
capionē.C.de op̄i.pub.l.p̄ſcriptio. A .
In dcā.l.vſucapionē.dr̄. Uſucapionem
recipiūt maxie res corp̄ales except̄ re
bus ſacris ſcis public̄ pp̄li Romani ⁊
ciuitatū. Jtē liber̄ hoib⁹. B .Jtē pu
blice functōes ſiue ciuilis canon q̄.ſ.
ſolui o3 reipublice p agris nō p̄ſcribū
tur a colonis: vt i dcō.§.pōt. Jtē poſſeſ
ſiones agrorū nō p̄ſcribūtur a colonis.
.C.de p̄ſcrip.30.vel 40.an.male agit̄.
Jtē res furtiue vel vi poſſeſſe ſeu etiā
q̄ naſcūt̄ ex eis nō p̄ſcribunt̄ aut vſuca
piunt̄: vt in Inſti.de vſucap.§.furtiue
A .Idē q̄ō in h°.§.nōt̄ in ſū.li.2.°ti.5.q.
124.ſm Ray.⁊ Hoſti. B.
Que ſūt ſp̄ēs p̄ſcriptōis? R.° ſcd̄m
Ray. Omiſſis m̄lt̄ aliis due ſt̄. Una ē
.ſ.longi tp̄is vt.10.annorū int̄ p̄ñtes. vl̄
20.int̄ abſētes.⁊ intelligūt̄ p̄ñtes q̄ ſūt
in eadē p̄uincia.ſed hodie debēt intel
ligi in ciuitate ſm Ac. vt nōt̄.C.de pre
ſcrip.lon.tēp.cū i longi. A . In glo. q̄
ēt aſſiḡt rōem.q2 hodie ſingule ciuita
tes hēnt ſua regimia: ſicut oli3 ſingule
p̄uincie. B .De re x̄o nō differt vbi
cunq̄ ſit. vt i ea.l. Alia p̄ſcriptio ē lōgiſ
ſimi tp̄is. vt 30.vel.40.annorū.⁊ hec lo
cū h3 int̄ laicos vl̄ p̄uatas p̄ſonas.16.
.q.3.§.pōt. Cōtra eccl̄as x̄o quaſcunq̄

neccia ē ꝑscriptio.40.ānoꝝ: siue ꝑuata ꝑsona siue eccl'ia ꝯ eccl'am ꝑscribat.16. .q.3.q̄s actões. A .Et ibi subdit. Usu capiõe triēnii ꝑscriptõe suū locū hn̄ti bus. B .Et.q.4.nec decēnii. Excipit Romana eccl'a ꝯ quā non ꝑscribit nisi spatio cētū ānoꝝ.16.q.3.nemo.ex̄ eo. cū nob. A .Idē in sū.eo. ti.q.125.nisi ꝙ ibi nōt ſm Hosti.glo.Ray.ꝛ Ul.ꝙ pn̄ tes itelligūt q sīt i eadē ꝓuincia. B.

Quid si possedi rē tuā te pn̄te per.5. ānos ꝛ demū te absente ꝑ alios.5? R°. Nō est cōpleta ꝑscriptio: ꝫ sicut dupli cat ꝯcēniū vbi nullo tꝑe fuisti pn̄s. sic te abn̄te dꝫ duplicari qcq̄d de decēnio restabat: vt C.de ꝑscrip.lon.temp.auc. ꝙ si qbusdā. A .Idē i dcā.q.125.scd̄m eūdē Hosti. B.

Utꝝ i ꝑscriptõe reqrat bona fides? R°. Sic ſm canones. Scd̄m aūt leges reqrit bona fides i ꝑscriptõe.10. vl'.20. ānoꝝ.C.de ꝑscrip.lon.tēp. in auc. male fidei. A .Ibi dr̄. Male fidei possesso re alienāte cessat vsucapio: ꝛ longi tē poris ꝑscriptio si ver⁹ dn̄s ignorat ius suū ꝛ alienatõem factā. Spectat ergo 30.ānoꝝ defensio. B .Sed i ꝑscriptio ne.30.vel.40. ānoꝝ nō reqrit.16.q.3.§. pōt.ꝛ ex̄ eo.vigilāti.C.de ꝑscrip.30. vel 40.an.cū notissimi.ꝛ.l.si qs ēptõis: nisi velis dicē leges ipas eē correctas.ex̄.e. .c.vlt.qꝺ pōt papa facē ꝓpt ꝑiculū aīe vt s̄.papa.§.plt. A .Poti⁹ vr̄ an̄plt. Et sic ē vitas ꝙ dicte leges sīt correcte ſm Ray.Hosti.ꝛ Inno.ꝛ Ber.vt nōt i sū.eo.ti.q.130. B .Et reqrit bona fi des nō solū ab initio: ꝫ ēt in q̄libꝫ ꝑte ꝑscriptõis: vt in dicto.c.vlt.ꝛ.c. vigilā ti.ex̄ de reg.iur̄.possessor.li°.6°. Sꝫ scdꝫ leges vbi requirebat bona fides suffi ciebāt tm̄ eaꝫ ab initio hūisse: vt i dcō .§.pōt.ꝛ in dcā.l.cū notissimi. que vt di xi ꝓpt ꝑiculū aīaꝝ nō hn̄t locum. Hec nōt Io.an.sup dicta regl'a. A .Et h° satis exꝑsse colligit in dicto.c.fi.vbi dr̄ Diffinim⁹ vt nulla valeat absꝫ bona fi de ꝑscriptio tā canonica q̄ȝ ciuilis: cuꝫ gnāliter sit oī ꝯstitutõi atq̄ȝ ꝯsuetudini

derogādū: q̄ absꝫ pctō mortali nō pōt obseruari. Un̄ oꝫ vt q ꝑscribit in nulla parte tꝑis rei hēat ꝯsciam lesā aliene. Et si aliq doctores videātur dicē ꝙ ꝑ scribat debitū spatio.40.ānoꝝ etiā ab eo q sciebat se debitorē: pōt intelligi veꝝ qn̄ ex hac scia nō ꝯstituit male fi dei: puta q2 ex rōabili cā cogitabat cre ditorē sibi remisisse nō petēdo ꝑ tā lon gū tp̄s cū potuisset petē si voluissꝫ. Sꝫ in dubio r̄mittē nō ꝑsumit nisi ex ami citia vl' parētela: vl' alia ꝯiectura aliꝺ ōn̄dat: cū nemo estimet rē suam iacta re.ff.de ꝓba.cū de indebito. Itē iuris ignorātia nō facit aliquem bone fidei possessorē.vt si qs credat pupillū vel illū qui curatorē hꝫ posse rē suā aliena re sine auctoritate tutoris aut curato ris.ff.de vsucap.nunq̄ȝ.ſꝫ Ray.glo.ei⁹. ꝛ Ul.ꝛ in sū.eo.ti.q.126. Itē mala fides vēditoris seu ꝑncipalis auctoris nocet q̊ ad ꝑscriptõeꝫ.10. vel.20.annoꝝ: vt in auc.male fidei.C.ꝺ ꝑscrip.lō.tē. Itē qn̄ res fuit furto seu vi possessa: nisi post ea redieīt i liberā ptātē dn̄i. Al'ꝯt mala fides auctoris nō nocet ꝑscribēti. i In sti.de vsucap.§.furtiue cū seq̄ntib⁹.ꝛ nōt in dcā.q.126. Itē si qs hēat ꝯsciam dubiā nō vr̄ bone fidei. q2 hec ē bona fides vt recipiēs credat tradētē eē do minū: vel hēre ꝓbabilit ius alienandi .s.ꝙ sit ꝓcurator vel tutor.ff.ꝺ.vb.sig. .l.bone fidei.ꝛ nōt in dcā.q.126.ꝛ glo.in .c.si diligēti.ex̄ eo.nisi fuissꝫ dubiū scru pulosū ꝛ nō rōnabile.q2 si ei nō ꝯsētiat non obsistit bone fidei.ex̄ de sen. exco. inquisitioni. B.

Utꝝ ille q ꝯpleta ꝑscriptiõe incipit hēre malā fidē teneat restituē? R° ſm Hosti. Si ex oī ꝑte ꝑscriptõis habuit bonā fidē iā res illa facta ē sua ꝯ bn̄fi cio iur̄. Un̄ tūc nō ē dꝺ ꝙ hēat ꝯsciam rei aliene: ꝫ tm̄ rei q̄ fuit aliena. Idem Ber.Io.an.ꝛ q̄i oēs. A .vt pꝫ i sū.eo. ti.q.131. B .Si tn̄ qs hr̄et ꝯsciaꝫ i ꝯriū ꝛ nō posset eā deponē teneret ad resti tutõem. A .Hoc fuit dictū Ray. vt pꝫ in dicta.q.131. B.

Sꝫ qs dr̃ possessoꝛ bone fidei? R̃n°
Bona fides intelligit cū aliqs credit
tradētē eē dn̄m: vl' hr̃e ius distrahēdi:
lꝫ erret in fcō. ff. de xb. sig. l. bone fidei
Et hec bona fides p̄sumit: nisi pbetur
ꝯtriū. ar. ff. de pba. veri⁹. Qñꝫ tñ p̄sumi
tur ꝯtriū ppter denunciatōem. C. de rei
ven. si fundū. vel qꝛ mercat ꝯ leges. C.
de agri. ꝛ censi. l. quēadmodū. li° xi° vel
si emit a pcuratōe meo p collusionē: l'
qꝛ emit a pdigo vl' luxurioso cui bōis
interdictū ē. ff. p emptoꝛe. qui fundū.
§. qui sciēs. ꝛ. l. si quis A. Et ibi dr̃ ꝙ
emēs ab eo q stati in malos vsus con
sumptur⁹ ē p̄sumit male fidei: nec ibi
distinguit vtꝝ sit ei interdicta admistra
tio bonoꝝ vel nō. B. Nōnt hec ex̄
eo. si diligēti. Idē Jo. an. A. Hec in
telligenda sūt bm ea q̄ añ pximū. §. po
sita sunt in additione. B.
Utꝝ in p̄scriptōe reqrat iust⁹ titul⁹
R°. Si ius cōe vel p̄sūptō nō ē ꝯ posses
soꝛē suffic bōa fides: at necesse ē allʼare
titulū ꝛ pbari: nisi allʼet p̄scriptio tāti
tpis c⁹ ꝯtrii n̄ sit mēoꝛia. ex̄ e. epm. li° 6°
Utrū in p̄scriptōe reqrat possessio?
R°. Sic. ꝛ dꝫ eē ꝯtinua: qꝛ si iterrūpat
possessio interrupta est p̄scriptio. 16. q.
3. §. pōt. ex̄ eo. illud. Sed si fiat interru
ptio ciuilis. s per litis ꝯtestatōem non
currit āmodo p̄scriptio qꝛ p̄sumit titu
bare ꝛ malā fidē hēre. Hec Jo. an. ex̄ ꝺ
reg. iur. sine possessiōe. li° 6° A. hoc p
bat in dicto. §. pōt. 16. q. 3. B.
Qualr̃ iterrūpat possessio nālr? R°
bm Ray. per occupatōem aque siū flu
minis occupantis fundū. Iteꝫ p violē
tam deiectōem: vel ēt si res sit a posses
soꝛe furto sublata. ff. de vsucap. nāliter
Itē si quocunqꝫ mō amisit possessionē
seu aīum deserēdi hūit. ff. de serui. vꝛb.
pdi. si heres. §. p̄. Cō. Inno. A. Con. ēt
Ul. vt in sum. eo. ti. q. 127. ad fi. vbi etiā
dicitur bm glo. Ray. ꝙ solo aīo pōt qs
desinere possidere: lꝫ nō possit solo aīo
acquirere possessionem. B.
Quō p̄scriptio inter̄rūpatur ciuilit?
R° bm Ray. In iudicio trib⁹ modis. p̄
mō p libellū pncipi oblatū. Et h° valet
tm̄ i qbusdā actōib⁹ q̄ ānales vocant:
qꝛ p⁹ ānū nō pn̄t moueri: sicut ē actio
iniuriaꝝ ꝛ q̄dā alie. in Insti. de ppe. et
tēpo. ac. circa pncipiū. Per talem ergo
oblatōem libelli perpetuātur. 2° p q̄re
lā iudici factā ꝛ conuētōem rei. Et hoc
valet in oībus actōib⁹. C. de p̄scrip. 30.
vel. 40. ānoꝝ. sicut in rē. Itē i oib⁹ actō
nib⁹ interrūpit p̄scriptio p lit. ꝯt. C. de p̄
scrip. 30. vel. 40. annoꝝ. l. fi. A. Itē 3°
p lit ꝯtes. ꝛ hec i oib⁹ valet: vt dicta. l.
fi. que p Ray. ad h° allegat. ꝛ ad scōm
allegat. l. sicut in rē. C. de p̄scrip. 30. vel
40. annoꝝ. Et ad pmū facit. l. 2. C. qñ li
bel. pn. ob. ꝛ idē p oia dicit in q̄i litis cō
testatōe. i. qñ aliqs ꝯuētus i iudicio su
per rebus imobilib⁹ quas possidet no
mine alieno noīat dn̄m in iudicio. ꝛ re
poꝛtatis indiciis in quib⁹ denunciet do
mino vt veniat aut mittat: ipo quoqꝫ
nihilomin⁹ dn̄o legitimis edictis voca
to a iudice nō ꝯpareat idē dn̄s: tunc. n.
lis est quasi ꝯtestata ꝯ eū q̄tū ad iter
ruptōem p̄scriptōis. ex̄ vt lite nō ꝯtes.
qm̄. ꝛ notatur in sū. eo. ti q. 127. bꝫ Ray.
ꝛ glo. ei⁹. B. Extra iudiciū xo iterrū
pit qnqꝫ mōis. p̄ mō p vsuraꝝ solutōeꝫ
per quā interrūpit p̄scriptio que currē
videbatur contra creditoꝛē nō petēteꝫ
debitū. C. de p̄scrip. 30. vel 40. an. cum
notissimi. 2° mō interrūpit p secūdā cau
tōem qñ debitoꝛ facit nouā cautōem:
vt in dicta. l. cū notissimi. 3° p ptestatio
nē: vt qñ quis iusto metu. vl' alia cā im
pedit⁹ nō pōt rē suā petē. ꝛ ptestat co
rā iudice oꝛdinario vl' coꝛā publicis p
sonis. ex̄ de offi. oꝛ. pastoꝛalis. ex̄ de ap
pel. si iust⁹. 16. q. 3. §. si pōt. A. In dcō
c. si iustus. dicitur: ꝙ p̄fata ptestatio
quando non pōt haberi iudex: potest
fieri coꝛā bonis viris: nec distinguitur
vtrū sint persone publice vel nō. B.
4° per denunciatōem factam colono:
ex̄ vt lite non cōtes. c. qm̄. C. vbi in rem
actio expe. pōt l. 2. A. Ista denuncia
tio fit p citatōem factā de parēdo iur i
coꝛā iudice sup re quam possidet noīe

alieno ꝫm glo. Ray. vt in dicta.q.127.
vbi ⁊ oia que i isto.§.hñtur nõnt scd̃m
Ray.Ul.⁊ Jnno. B .5° ꝑ synodalē ꝓ
clamatõem: vtputa aligs sacerdos ꝓ
clamat in synodo gnāli vel ꝓuinciali:
ꝙ ali⁹ sacerdos tenet rē eccle sue.extra
eo.sanctorum.

Jn qb⁹ casib⁹ nõ currit ꝓscriptio: lꝫ
nõ int̄rũpat? R° ꝫm Ray. Jn septē.ꝓ ē
tpe ꝓlati q male alienauit rē eccl'e. Nā
q̄diu ipe viuit. A .⁊ tenet eccl'am ꝫ
eũ. Ray. vt in sũ.eo.ti.q.128. B .ñ cur
rit ꝓscriptio ꝯ eccl'am: vt nõt.16.q.3.si
sacerdos.2° toto tpe vacatiõis eccl'ie q̄
petē hēt.3° si ꝓlat⁹ ei⁹ hētic⁹ fuerit. De
his duob⁹ ex̄ eo.c.ꝓ.⁊.c.auditis. 4° tpe
scismatis.ex̄ eo.cũ nob. A .Jbi dr̄ ꝯ
ꝓscriptõe q̄ nõ currit ꝯ Romanā eccle
siā tpe scismatis. B .5°tpe excõicatio
nis ipius ꝓlati nisi sit negligēs i peten
do absolutõem: ex̄ de ꝯces.ꝓben.q2. 6°
ꝯ eũ q ē in etate pupillari. C. in qbus
cāis nõ ē neces.l.fi. A .Jbi gnāl'r dicit
de oib⁹ minorib⁹: vt ꝯ eos nõ currat ꝓ
scriptio nisi 30.vel 40.annoꝝ. Sꝫ in .l.
sicut in rē.C.de ꝓscrip.30.vel.40.an.dr̄
ꝙ ꝯ pupillũ nulla currit ꝓscriptio. B.
7° qñ qs iusta cā ipeditus non põt agē
ex̄ de appel.ex rõne.ff.qb⁹ ex cau. ma.
.l.ꝙ qdē.⁊.l.nõ eniꝫ. A .Jbi dr̄. Nõ.n.
negligētib⁹ subuenit: sed nccitate reꝝ
impedit]. B .16.q.3.porro. ex̄ ꝯ elec.
ne ꝓ defectu. De hoc vide.i.§.pl't. A.
Jdē i dicta.q.128. B.

Utꝝ currat ꝓscriptio ꝯ eum q aliqd
diu soluit sine cā? R°. Nõ currit sꝫ põt
retinē qd̃ nõ ꝯ iure ꝓstitit ēt si diu illd̃
soluerit. C. de agri.⁊ cēsi.l. litib⁹. ex̄ de
censi.ꝓuenit.16.q.3.clerici.⁊.c.si eps. A.
Jdē nõt glo.10.q.3.c.q2. Nõtur ēt i dcā
.q.128.ad fi. B.

An currat ꝓscriptio ꝯ eũ q non põt
agē? R°. Regularit̄ ñ currit nisi postq̄
qs agē põt iure nõ ipediēte. Uñ ꝯ filiũ
familias nõ currit ꝓscriptio in reb⁹ ad
uēticiis nisi ex q̄ fuerit libat⁹ a p̄ria po
testate: nec mulieri in dote nisi soluto
mr̄imonio vl' viro vrgēte ad iopiā: nec
creditori nisi exñte debiti petēdi ꝯditi
one: vel adueniēte die. Probāt hec. C.
de ānali excep.l.1.⁊.§.fi.⁊.C. de iure do.
.l.in reb⁹.§.ois.⁊.C.de ꝓscrip.30.vl'.40.
an.l.cũ notissimi.§.illud aũt. Ex q̄ nota
ꝙ si credidi tibi certũ vsq̄ ad decē ānos
nõ icipit currē ꝓscriptio ꝯ me: nisi post
illos decē ānos. A .Hoc hr̄ i dicto.§.
illud. Et idē qd̃ i h°.§.nõt in sũ. eo.ti.q.
129.ꝫm Ray. B.

Resumptio tripl'r dr̄. Prio mõ
circa aliũ ꝫ ꝙ iuriste cõit su
mũt quā ⁊ Hos. diffinit sic. Presũptio
ē alic⁹ facti dubii qñꝫ plena qñq̄ semi
plena ꝓbatio. Et de hac hēs s̄. cõicare
.§.18° q incipit. Utꝝ corp⁹ xp̄i õbeat da
ri suspect].⁊ s̄.cl'ic⁹ 3°.§.fi.⁊ s̄.mr̄imoniũ
8°.§.3°.ex̄ eo.ꝑ totũ. A .Et q̄le peccatũ
possit circa hoc occurrē: pꝫ ꝑ Nico. de
lira sup.7° Math.vbi dicit. Sciēdum
ꝙ aligs põt ꝓsumē seu iudicare malũ
de ꝓrio mľtiplr̄. Uno° ex euidētia facti
vt cũ aligs iudicat aliquē homicidam
q2 vidit eũ iterficē hoiem. Et h° nullũ
ē pctm̄. Alio° ex signis euidētib⁹: vt si
aligs iudicat fornicatorē aliquē: q2 vi
dit eũ nudũ cũ nuda.solũ cuꝫ sola. Et
hoc sil'r nullũ ē pctm̄.3° mõ ex signis le
uib⁹. Et in hoc iudicio est triplex g̃dus.
Prim⁹ ē qñ ex leuib⁹ signis aligs inci
pit dubitare de bonitate fr̄is. Et hoc ē
pctm̄ veniale: q2 ꝓcedit ex hũana infir
mitate.⁊ hoc nõ vocat iudiciũ.s. ꝓꝓe:
sꝫ suspitio.2⁹ grad⁹ ē qñ ex talib⁹ signis
firmiter tenet in aio ꝙ fr̄ sit malus. Et
h° ꝓꝓe dr̄ iudiciũ.q2 iudiciũ importat
sniam. Et hoc ē pctm̄ mortale si maluꝫ
qd̃ iudicat de fr̄e ex leuib⁹ signis sit de
genē pcti mortalis. Pctm̄.n. mortale ē
qd̃ ꝯriat caritati. Qd̃ aũt aligs ꝓdicto
mõ iudicet fr̄eꝫ ē ꝯ caritatē fr̄nā.3⁹ gra
dus ē qñ ex leuib⁹ signis nõ solũ ꝓdcõ
mõ iudicat: sꝫ ēt ꝓcedit ad pũitõeꝫ fr̄is
sic de facto. Et h° ē graui⁹: q2 nõ soluꝫ ē
ꝯ caritatē: sed ēt ꝯ iusticie eqtatē. Et ꝯ
talib⁹ intelligit illud vbũ. Nolite iudi
care.⁊c̄. B .2° modo dr̄ ꝓsũptio circa

seipm.s.qñ aliquis vltra rõem de seip
so p̃sumit.De qua qdẽ Tho.scđa scđe
.q.130.dicit q̃ opponit̃ magnanimitati
ẽm excessuz.z etiã pz p phm 4.º ethico
rũ.vbi dicit q̃ p̃sũptuosi ꝓpter exteri
orẽ fortunã fiunt despectores z iniuri
atores alioꝝ.Et talis p̃sumptio vt ibi
dẽ dicit Tho.sine dubio pctm̃ est q̃si ꝯ
nalẽ ordinẽ existẽs.s.vt qs assumat ad
agẽdũ ea q̃ p̃ferunt̃ sue ꝟtuti: qđ pti
net ad rõem p̃sumptõis:sicut ip̃m no
men manifestat.Huic g.º p̃sumptõi ẽz
defectũ opponit̃ pusillanimitas: de q̃
hr̃.ĩ.pusillanimitas.z int̃ hec vitia me
dia ꝟtus ẽ magnanimitas.3.º modo dr̃
p̃sumptio circa deũ.s.iordinata de deo
spes.De qua Tho.scđa scđe.q.21.dicit
sic.Sicut falsũ est q̃ ds penitẽtib' nõ
idulgeat: vel q̃ peccãtes ad pniaz non
cõuertat:ita z falsũ est q̃ i pctõ pseue
rãtib' veniaz cõcedat: z a bono opere
cessantib' glĩam largiat̃.Cui extimatio
ni cõformit̃ se hẽt p̃sumptõis motus:
z iõ ẽ pctm̃ min' tñ q̃ desperatio q̃to
magis ꝓpriũ ẽ deo misereri z parcẽ q̃
punire.Et hec p̃sũptio opponit̃ ꝟtuti
spei z vitio desꝑatõis.de q̃ s̃.desꝑatio.

Rimas. Quere s̃.patri archa.

Rimitie. Primitia ẽm Ray.est pars
frugum siue fructuuz dño of
ferẽda. A .Jo i sũ.li.º p̃.ti.15.q.46. B.

Utꝝ hoies teneãtur ad soluẽdũ pri
mitias? Rn.º ẽm Tho. scđa scđe.q.86.
Primitie ꝑtinẽt ad ius nãle.s.vt hõ ex
reb' sibi datis a deo aliqd exhibeat ad
ei' honorẽ.Sz q̃ talib' ꝑsonis .s. sacer
dotib' exhibeant̃:aut đ p̃mis fructib'
aut in tali quãtitate. A .s.ẽm modũ
in veteri testamẽto determinatũ.de q̃
seqtur. B .H.º qdẽ fuit i lege vete
ri iure diuino determinatuz.i noua ãt
lege diffinitur ꝑ determinatõem eccl'e
ex qua hoies obligantur vt p̃mitias
soluant ẽm ꝯsuetudinem patrie z indi
gentiã mistroꝝ eccl'e. A .Con. Ray.
vt in sũ eo.ti.q.47. B .Per qđ con
cludi ẽt põt quib' dãde sint.s.his qbus
est ꝯsuetũ z qui eis magis idigẽt. A.
Jn sũ.eo.ti.q.48.dr̃ ẽm Ray. z Hosti.
q̃ p̃mitie dãde st̃ sacerdoti ꝑrochiali.
Sed Gof.dicit q̃ diuidẽde sũt sicut de
cime: vt ibi.de q̃ s̃. decime 3.º Hec pñt
intelligi nisi aliud appareat de ꝯsuetu
dine: vt p̃tactũ ẽ ẽm Tho. B .Et eo
dẽ mõ pz quota pars sit dãda.Nã z ẽz
Jnno.exquo nõ inuenit̃ exp̃ssuz đ q̃ti
tate relinqt̃ arbitrio danti.nisi ꝯsuetu
do aliud inducat.Unñ z addit Ray.q̃ si
eccl'a eẽt tenuis:nec hr̃et sacerdos vñ
posset sustentari ampli' dãdũ eẽt. A.
.i.ꝯsuetudo eẽt eligẽda ꝑ quã ãpli' sol
uit̃: vel saltẽ media qñ varie sũt cõsue
tudines ẽm eũdẽ: vt i sũ.e.ti.q.49. B.
ar.10.q.2.§.hoc ius.Ubi aũt nõ ẽ ꝯsuetu
do q̃ p̃mitie soluãtur: z est obtẽta a tẽ
pore de quo nõ est memoria: nõ soluẽ
tes ẽm Guil.excusant̃. A .Hoc verũ
ẽz eũdẽ si hi' ꝯsuetudo sit sine ꝯdictõe
obtẽta: vt i dcã.q.49. B.

Rinceps. Quõ p̃nceps z qcunq̃ dñs
scl'aris subsit pape.hr̃ s̃.papa
§.3.º circa fi.Et đ materia p̃ncipis: vide
supra dominus.

Riuilegium quid sit? Rn.º Pri
uilegiũ ẽ p̃uatũ ius ꝯ ius cõe
indultũ.Nã nisi aliqd indulgẽt nõ eẽt
p̃uilegiũ.ex̃ de ꝟb.sig.abbate.ex̃ eo.in
his. A .Jdẽ in sũ.li.º 2.º ti.5.q.159.scđm
Hosti.z Goff. B.

Utꝝ aliqd ꝓsit p̃uilegiũ qđ ꝯtinet
ius cõe? R.º Tale p̃uilegiũ qñq̃ ꝯcedit̃
ex̃ de ꝓcu.q2 in causis.z nõ ẽ frustra. sz
poti' dat̃ multis ex cãis.p̃ q2 magis solet
timeri qđ spãlr̃ ꝓhibet̃ q̃ qđ gnãlr̃.23.
dis.quãq̃. A .Hosti.cui' fuerũt dicta
q̃ i h.º§.hẽnt̃. vt pz i sũ.eo.ti.q.60.in h.º
sic dicit.Magis ꝯsueuit timeri qđ spãli
ter cauet̃ q̃ qđ gnãlit̃ indulget̃. B.
Jtẽ multi qñz sciunt p̃uilegia talia et
ignorãt iura.Jtẽ cũ freqñter iura ma
le obseruẽtur: ip̃a ꝑ p̃uilegia inouant̃:
ex̃ de treu.z pa.c.2.º

Quis possit ꝯcedere priuilegiū? R°.
Quicunqȝ pōt legē facē ⁊ in quib⁹ pōt:
pōt ⁊ ꝑuilegiū indulgere: vt papa ī spi
ritualib⁹. ⁊ qn̄qȝ ēt in tp̱alib⁹: vt in ter
r.a sue tp̱alis iurisdictōis. vel qn̄ iurisdi
tio ad eū deuoluēꝛ: vt dꝛ s̄ papa. §. 4°.
circa fi. Et nō hic scdm̄ Ber. ꝙ eccl̄ia
Romana siue papa nunq̄ꝫ ꝯsueuit ali
quē ꝯ̄ se ꝑuilegiare: ar. C. de sacrosanc.
ec. iubem⁹ nullā. ⁊ ar. ex̄ de ꝑscrip. cum
ex officii. Qd̄ est ꝯ̄ eos q dicūt vł poti⁹
fingunt se hēre ꝑuilegia ꝙ possint iu
dicare de rescripti pape. ⁊ ꝙ absꝫ eorū
approbatōe nō sit ꝓcedēdū ƀm rescri
pta pape ⁊ hi⁹. Itē pōt ꝯcedē ꝑuilegiū
imp̱ator in tp̱alib⁹: sed nunq̄ꝫ in spūa
lib⁹: qꝛ de eis nil pōt statuē. 96. dis. bn̄ q
dē. Itē pōt ꝯcedē ꝑuilegiū ep̄s: ex̄ ꝯ̄ re
li. do. cōstitut⁹. ex̄ de censi. cū venerabi
lis. 16. q. 2. visis. ex̄ eo. cū oliꝫ. 2° rn̄so ꝑ. dū
tn̄ faciat volūtatē sui capl̄i: ex̄ de iure
pa. pastoralis. ex̄ de exces. p̄la. sicut vni
re. Multo forti⁹ p̄triarcha: ex̄ de cle. nō
resi. cū ad h°. A. Hoc fuit dictū Ho
sti. q ⁊ addidit. Et breuiꝛ intelligi pōt:
ꝙ quicūqȝ pōt ꝯstitutōeꝫ facere. ⁊ q̄te
nus ⁊ in qbus pōt: ⁊ ꝑuilegiū ⁊ idulgē
tiā pōt dare. Et idē qd̄ in h°. §. nōꝛ in sū.
co. ti. q. 162. ƀꝫ eūdē Hosti. ⁊ Ber. ⁊ Hof.
B. Quis aūt possit legē facē. regre s̄.
lex. § ꝑ. ⁊ 2°.

Quis possit ꝑuilegiū iterp̄tari? R°.
ƀm Hosti. Si ꝟba sūt obscura siue am
bigua: tūc eius est interp̄tari cui⁹ ē con
dere ⁊ interiꝫ negociū suspēdeꝛ: ex̄ de
sen. exco. inꝛ alia. ex̄ de iudi. cū venisset
Si ꝟo nō sint ꝟba obscura vel ābigua
tūc dꝫ diligēter tenor ꝯsiderari: ex̄ eo.
porro. ⁊ c. recepim⁹. Et poti⁹ insistēduꝫ
est intētōi ꝑuilegii q̄ꝫ verbis. i. q. i. mar
chio. 38. dis. sedulo. ex̄ de ꝟb. sig. itelligē
tia. ⁊ c. in his. Et quātū fieri pōt latissi
me ē iterp̄tandū. ex̄ de dona. cū dilect⁹
. ff. de ꝯsti. ꝑnci. bn̄ficia. nisi ꝑiudicet iu
ri alieno: qꝛ tūc reduciꝛ ad ius cōe. ex̄
de cōsue. cū dilect⁹. §. pl̄t. ⁊ fi. duꝫ tn̄ ali
quid opeꝛ. vt s̄. §. ꝑ. Con. Inno. Ber. ⁊
Hoff. A. Idē i sū. eo. ti. q. 163. B.

Utꝝ ꝑuilegiū amittaꝛ ꝑ actū ꝯ̄triuꝫ
vel nō vtēdo. ⁊ in quāto tp̱e? R°. Multi
circa hoc dixerūt multa. Un̄ Ber. ex̄ d̄
consti. cū accessissent. post mł̄tas opio
nes recitatas cōcludit sic. Meli⁹ vꝛ dd̄
ꝙ sicut sūt diuersa ꝑuilegia ⁊ in diuer
sis casib⁹ cōcessa. sic qd̄libet ꝑuilegiuꝫ
locū hēat in suo cāu: sicut i ꝑscriptōe i
qua diuersa tp̱a requiruꝛ: vide s̄. ꝑscri
ptio. A. Dic ꝙ ꝑuilegiū amittiꝛ aliq̄n
ꝑ actū ꝯ̄triū: quo cāu si sit ꝯcessuꝫ in fa
uorē ꝑsonaꝝ amittiꝛ ēt ꝑ vnicū actuꝫ
ex̄ de ꝯsti. cū accessisset. vbi dꝛ de qbus
dā canonicis qbus fuerat cōcessū ne te
nerētur hēre ꝑmiceriū. Qd̄ si postmo
dū ꝑmiceriū elegerit nō pn̄t amplius
vti dicta cōcessione. Si ꝟo sit ꝯcessum
i fauorē eccl̄e: puta si alicui religioni si
ue monasterio sit ꝯcessū ꝙ non teneaꝛ
soluē d̄cimas: tūc nō amittiꝛ ꝑuilegiū
nisi p̄lat⁹ tanto tp̱e ꝯ̄trauerit. ꝙ ꝑscri
ptio sit cōpleta saltē lapsu 30. ānoꝝ: ex̄
de ꝑuil. si de terra. ⁊ c. accedētib⁹: lꝫ al̄s
ꝑscriptio nō currat ꝯ̄ eccl̄aꝫ nisi. 40. an
nis. qꝛ cū ꝑuilegiū ꝯ̄ ius cōe cōcedaꝛ ci
tius amittiꝛ. Nā de facili res ad nām
ei⁹ reuertiꝛ ƀm Hosti. ⁊ in sū. li. ꝑ. ti. 15.
. q 14. Itē ꝑdiꝛ ꝑ ꝯ̄triam sniam. ꝑ ꝑscri
ptōem. ꝑ renunciatōem ꝑ reuocatōeꝫ.
⁊ ꝑ abusionē. xi. q. 3. ꝑuilegiū. Et de his
pleni⁹ notaꝛ ꝑ Hosti. vt pꝫ in sum. dcā
. q. 14. ⁊ li. 2. ti. 5. q. 164. B.

Sed qd cū aliqs allegat ⁊ oñdit pri
uilegiū: sed nō seruaꝛ ei? R° ƀꝫ Hosti.
Nō dꝫ isti iputari. ff. cōmodati. l. ad eos
nō obstāte si obiiciaꝛ ꝙ nō fuit vsus:
vł ꝙ ꝯ̄triū factū est. Quō. n. vteꝛ ꝑuile
gio q vti nō ꝑmittiꝛ. Nisi forte si snia
ferreꝛ ꝯ̄ eū ⁊ non appellaret: ex̄ d̄ sen.
⁊ re iudi. suborta. Sꝫ ille qui se oppōit
puniēdus ē: ex̄ eo. dilecti. A. Idē i sū.
li. 2. ti. 5. q. 165. B.

Qn̄ ꝑuilegiū dꝫ reuocari? R° ƀꝫ Ho
sti. Nō decet ꝙ reuoceꝛ sine cā. sed cuꝫ
cā pōt ⁊ dꝫ reuocari: vt puta si aliqbus
religiosis cōcessuꝫ sit ꝑuilegiū de non
dandis decimis ꝓpꝛ coꝝ paup̱tatē de
inde ditati sunt: ita ꝙ ēt dando decīas

ꝑnt cõmode sustẽtari: ⁊ nõ dando enor mit ledũtur ꝑrochiales ecclie: dꝫ cessa re priuilegiũ. Et sic intellige ex̃ de ꝯci. suggestum. ⁊ c. nuꝑ. Itẽ si qs nõ seruat ꝑuilegia suꝑioris ꝯcessa subditis: etiã ipsius priuilegium merito reuocatur. extra eo. dilecti. Sed nota hic ꝙ si su perior ex certa scia confirmauit priui legiũ ꝯcessuꝫ ab inferiori nõ poterit re uocari postea ꝑ inferiorẽ. 25. q. 2. ꝑuile gia ꝑ. ⁊ 2º ⁊ c. seqntibꝰ. A. Idẽ in sũ. eo. ti. q. 164. ẜm. Hosti. q ⁊ addit. Ideo Imꝑator vel rex ꝑuilegiũ ꝯcessum ec clesie ẽt ꝑ dñm papã quẽ ꝯstat suꝑiorẽ eẽ oibꝰ ex certa scia ꝯfirmatũ nõ pote rit reuocare. B. De ꝑuilegiis exem ptõis ⁊ de ipis exemptis habes plura s̃ exemptus.

Robatio.

Per q̃ aliq̃ ꝓbant? Rñº ẜm Ber. Sicut ꝑ testes ⁊ in strumẽta ꝓbant aliq̃: ita ẽt scriptura antiquoꝝ libroꝝ facit fidẽ: ex̃ eo. cum cãm. ex̃ de ꝑscrip. ad audiẽtiã. Itẽ si re periat scriptura in aliq̃ colũna vel la pide ei stat. 24. q. 2. sane 2º Sed ad hoc Hosti. sic addit. Caue tñ tibi: q2 nõ oia talia faciunt plenã fidẽ: sed illa tm̃ q̃ sub fideli custodia remanẽt: cetera ad minicula ꝑstant nõ ꝓbatõem. A. Iõ in sum. liº 2º ti. 5. q. 177. vbi ⁊ addit ꝙ di cta custodia dꝫ esse etiam publica ẜm eũdem Hosti. B.

Rofessio.

De mã ꝓfessi onis q̃re sup̃. nouitiꝰ. ⁊ ĩ. religio 4º

Romissio.

Quid de il lo qui aliqd ꝓmisit: ⁊ postea nõ facit? Rº ẜꝫ Tho. scd̃a scd̃e. q. 110. Si ille q ꝓmit tit aliqd hꝫ aĩum faciẽdi qd̃ ꝓmittit ñ mẽtit: q2 nõ loqtur ꝯ illud qd̃ gerit in mẽte. Si vo nõ facit qd̃ ꝓmisit: tũc vi det ĩfidelr agẽ ꝑ hoc ꝙ aĩum mutat. Põt tñ excusari ex duobꝰ. Unoº si ꝓmi sit illud qd̃ ẽ mãifeste illicitũ: q2 ꝓmit tẽdo peccauit. mutando aũt ꝓpositũ bñ facit. A. Facit. 22. q. 4. in malis. B. Alio mõ si sũt mutate ꝯditiões ꝑ sonaꝝ ⁊ negocioꝝ. Ut. n. dicit Seneca i liº de bñficiis. ad hoc ꝙ hõ teneat facẽ qd̃ ꝓmisit reqrit ꝙ oia imutata ꝑma neãt. Uñ ⁊ apl's nõ ẽ mẽtitꝰ nõ implẽs: qd̃ ꝓmisit cũ nõ iuit corinthũ. 2. Cor. ꝑ. ⁊ hoc ꝓpt ipedimẽta q̃ suꝑuenerunt. Et nõ ẜm Ber. ꝙ ex nudo pacto siue ꝓ missione orit actio: lꝫ ẜm leges sit ꝯtra Et ꝙ mortalr peccat recedẽs a pacto: nõtur hoc ex̃ de pac. c. ꝑ. A. in glo. Et ad hoc facit qd̃ nõt Tho. scd̃a scd̃e. q. 110. arti. 4º vꝫ ꝙ oẽ mẽdaciũ qd̃ venit ꝯ honorẽ dei vel dãnũ ꝓximi ꝑniciosũ dr ⁊ mortale. B. In altnatiuis ꝓmis sionibꝰ ⁊ debitis electio ẽ debitoris ⁊ sufficit alteꝝ adĩmpleri. i Insti. de act. §. ꝑterea. ex̃ ꝺ reg. iur. l. i altnatis. liº 6º

Rudentia carnis

vtrũ sit pctm̃? Rº scd̃m Tho. scd̃a scd̃e. q. 59. Prudentia carnis ꝓpe dr qñ aliqs bona carnis hꝫ vt vltimũ finẽ vite sue. Hoc aũt manifestũ ẽ ꝙ est pctm̃. q2 ꝑ hoc deordinat circa finẽ vltimũ q nõ ꝯsistit i bonis corꝑis: sed aĩe. Uñ ad Ro. 8º Prudẽtia carnis ini mica ẽ deo. Et siqdẽ prudẽtia carnis ac cipiat ẜm absolutã prudẽtie rõem: ita .s. ꝙ in cura carnis ꝯstituat vltimus fi nis totiꝰ vite: sicut ẽ pctm̃ mortale. A q2 prudẽtia ꝓpe est circa ea q̃ sunt ad finẽ totiꝰ vite studiosa inqsitio: vt põt colligi ꝑ eũdẽ Tho. ⁊ i sũ. liº 3º ti. 34. q. 231. vbi nõnt oia q̃ in hºc. hẽnt. B. Si vo accipiat ẜꝫ rõeꝫ ꝑticlari prudẽtie: sic ẽ pctm̃ vẽiale. Cõtigit. n. qñꝫ ꝙ aliqs iordiate afficitur ad aliqd̃ ꝺlectabile carnis: absꝫ hº ꝙ auertat a ꝺo ꝑ pctm̃ mortale. Uñ nõ ꝯstituit finẽ totiꝰ vite i ꝺlectatõe carnis. Et sic hñe studiũ ad hãc ꝺlectatõeꝫ asseqndã ẽ pctm̃ vẽiale Si vo aliqs curã carnis referat i fineꝫ honestũ: puta cũ aliqs studet comesti oni ꝓpt corꝑis sustẽtatõeꝫ nõ vocatur prudẽtia carnis. q2 sic vtit hõ cura car nis vt ad finẽ ꝑducat. Nõndũ ẽt ꝙ s̃b prudẽtia carnis cõprehenditur etiam

pudētia hᵒ seculi.qꝛ etiā exteriores res mundi appetimᵘ ꝓpter carnē.

Pubes. Require supra. impubes.

Publice hōestatis

iusticia.vide s̄.ipedimētū.13º

Pudicitia. Sicut ponit Tho. scōa se

cūde.q.151.nomen pudicitie a pudore sumit̄ i quo ꝟecūdia significat̄ Et iō opꝫ ꝙ pudicitia ꝓpe sit circa illa de quibᵘ hoīes magis ꝟecundāt̄. Maxime āt ꝟecūdant̄ de actibᵘ venereis: vt dicit Augᵘ 14º de ciuitate dei. Unn̄ neqꝫ actᵘ ꝯiugalis ꝟecundia caret.ꝛ hᵒ iō qꝛ motᵘ mēbroꝝ illoꝝ imperio rōis nō subdit̄. Uerecūdat̄ aūt hō nō soluꝫ de illa mixtione venerea:sed ēt de quibuscūqꝫ signis eiᵘ: vt dicit phs 2º rhetorice. Et iō pudicitia attēdit̄ circa venerea ꝛ p̄cipue circa signa venereoꝝ: sicut sūt aspectᵘ impudici.oscula.tactus. Et qꝛ hec magꝭ solent dep̄hendi: iō pudicitia magis respicit hiᵘ exteriora signa Castitas āt magꝭ respicit ip̄aꝫ veneream ꝯmixtionē. Interdū tn̄ vnū ꝑ alio ponitur.

Punitio sine culpa

nisi subsit cā nō est aliqs puniendus:ex̄ de reg.iurꝭ.sine culpa.libº 6º De punitōe quā hꝫ facē p̄latᵘ.q̄re s̄.correctio p̊. Itē s̄.disciplina. Itē s̄.pena p̊
57 Itē de punitōe an sit dimittēda ꝓpter
73 scādalū: vide.i.scandalū.§.6º

Purgatio quid ē? Rᵒ s̄m Ray. Est ꝯ ob

iecto crimine inocētie ostēsio.s. ꝑ iuramētū vel alio debito mō s̄ꝫ Hos. ꝛ hꝫ duas spēs. Una dr̄ purgatio canōica. Alia dr̄ vulgarꝭ. Canōica fit qn̄qꝫ ꝑ solū iuramētū ip̄ius diffamati:qn̄ꝫ ēt ꝑ iuramētū testiū ꝯpurgātiū.s.ꝛ iurantiū ꝙ credūt illū veꝝ iurasse ꝛ inoxiū eē. Et ista purgatio approbat̄ tāqꝫ bōa .2.q.5.fere ꝑ to. Ulgaris ꝟo purgatio ē que a vulgo iuēta ē: vt ferri cādentis: aq̄ feruētis:seu ēt frigide.duelli.ꝛ hiᵘ. Hec i totū reprobata est tāqꝫ a diabolo inuenta.2.q.5.mēnā.ꝛ.c.ꝯsuluisti.ꝛ.c. monomachiā. Et est ꝯ illud Deutº 6º Math.4º ꝛ Luc.4º Non tētabis dn̄m deū tuū.vt in.c.monomachiā.i fi.ꝛ.22. .q.2.querit̄. Et de ista mā hēs s̄.duellū. .§.plt. A .Idē i sū.li.3º ti.31.q.1.ꝛ.2.s̄m Ray.ꝛ glo.eius. B.

Sꝫ qn̄ ē idicēda purgatio? Rn̄º Qn̄ qs ē publice ifamatᵘ de crimie ꝛ ꝯuici nō pōt seu ēt nō excusat̄:ex̄ de purg.cano.nos int̄ alia. A .vel ēt ꝓpter aliā crimis vehemētē suspitōem: vt i.c. int̄ sollicitudies.ex̄ eo.de q̊.i.§.fi. B.

Sꝫ cū q̊t ꝑsonis dꝫ fieri purgatio? Rᵒ s̄m Ray. Numerᵘ ꝯpurgatoꝝ taxabit̄ arbitrio boni iudicis. Qn̄qꝫ.n. maior qn̄ꝫ minor numerᵘ taxādus ē s̄m ꝙ ifamia vl̄ crimē sūt magꝭ vl̄ minᵘ grauia .2.q.5.p̄sbr.ꝛ.c.oībᵘ.in fi. Un̄ Inno. idixit cuidā decano purgatōeꝫ cū.14. sui ordis.ex̄ de purga cano int̄ sollicitudines.ꝛ cuidā ep̄o idixit purgatōeꝫ cuꝫ duobᵘ abbatibᵘ tm̄.ex̄ de pur.ca.cū in iuuētute. Et ad hoc ex̄ de accu.cum .p. A .Idē i sū.eo.ti.q.8. B.

Quales debēt eē ꝯpurgatores? Rº Si p̄nt h̄ri aliq eiusdē ordis vl̄ dignitatis h̄ri debēt.ex̄ de pur.ca. int̄ sollicitudines. Al̄ si h̄ri nō possint:puta qꝛ illi sūt inimici cū aliis inferioris ordis: vl̄ ēt cū laicis possꝫ qs se purgare.2.q.5.si legitime.ꝛ.c.oibus.i fi.ex̄ de pur.ca.cū in iuuētute.dis.51.clerici. Debēt tn̄ esse viri catholici. A .ꝛ vita ꝓbati.vt i.c. inter sollicitudines.de quo.i. B.ꝛ q ꝯuersatōem ꝛ vitā eiᵘ ēt transacto tp̄e nouerint. A .nō solū i p̄nti: vt in tex. qui sequit̄. B .vt in dicto.c.int̄ sollicitudines.ꝛ.c.se. Quin ēt cū mulieribᵘ religiosis ꝛ honestis possꝫ qs se purgare.15.q.2.i decia.i fi. A .Iō i dcā.q.8. B.

Corā quibᵘ dꝫ fieri purgatio? Rº Si aliqs ē ifamatᵘ apud pp̄lm dꝫ se purgare i publico. Si apd̄ cleꝝ:corā clero. Si i vtroqꝫ casu:corā iudice.23.dis.illd̄.22. .q.5.de crimie. A .Iō i dcā.q.8. B.

Que forma iuramēti in purgatōio
℞. Forma talis erit. Ego. N. iuro ꝙ ñ
feci tale quid per me. nec mādaui. nec
cōsiliū. nec fauorē. nec auctoritatē ḋdi.
dis. 50. si qs viduā. 2. q. 5. auditum. ex̄ de
pur. cano. quotiēs. 2. c. fi. Pōt etiā addi.
Nec ratū habui ꝙ meo noīe factū fue
rit: ex̄ de resti. spo. cū ad sedē. ff. de vi ꝛ
vi arma. l. 3. §. cū pcur. A. Quidaꝫ ēt
addūt. nec sciui. vel si sciui ꝓhibē nō po
tui: vt in dicta. q. 8. vbi notant oīa q̄ in
isto. §. habent. B. Cōpurgatores ꝟo
iurabūt sic. Juro siue iuram⁹ ꝙ credi
mus verū eē illō qđ ip̄e iurauit: ex̄ eo.
quotiēs. Uel breui⁹ ſꝫ Hos. Infamat⁹
iurabit se imunē a crimine de q̊ īfama
tur. A. Hec forma exp̄sse reprobat
ex̄ eo. c. fi. Ideo p̄ma melior ē. B. Et
cōpurgatores iurabūt se credere illuꝫ
verū iurasse.

Quid si infamat⁹ defecerit ī purga
tōe? ℞. Puniet tanꝗ̄ ꝯuict⁹. ex̄ de ac
cu. cū. p. ꝛ ex̄ de simo. de hoc. 2. c. īsinua
tū. Si ꝟo purgatōeꝫ rite fecerit iudex
sine mora ꝛ difficultate dꝫ suspēsioneꝫ
si forte facta fuerit relaxare: ꝛ eū ab in
famia crimis absoluē. A. Et eū boni
testimonii ānunciare. vt in. c. qđ seqt.
B. ex̄ de pur. cano. ex tuaꝝ.

Quid si purgatio ñ fuit rite fcā? ℞.
Si ñ fuit fcā corā suo iudice: vel ēt co
rā eo: sed fuit facta purgatio vulgaris
etiā si infamat⁹ absolut⁹ fuerit: nihilo
min⁹ tenebit iteꝝ canonice se purgare
ex̄ de pur. ca. ex tuaꝝ. 2. c. cū dilectis. A.
Idē in dicta. q. 8. ſm Ray. B.

Utꝝ purgatio sp̄ sit recipiēda qñ in
famat⁹ offert eā? ℞. ſm Ray. Duo ca
sus sūt in qb⁹ nō dꝫ recipi. Un⁹ ē qñ cri
men est notoriū. Alter ē qñ est accusa
tor ꝛ offert ꝓbatōem: ex̄ de pur. cano.
c. 2. ꝛ. c. cū dilectis. A. Hoc fuit dictū
Ray. vt pꝫ in dicta. q. 8. p̄ dictū. c. cū di
lectis. siue. c. 2. quod ad hoc nihil face
re videtur. B.

Utꝝ iudex possit indicē purgatōem
ei quē suspectū hēt ip̄e tm̄? ℞. Nō ni
si forte accusat⁹ fuerit, ꝛ remaneat su
spect⁹ suo ep̄o aut sacerdotib⁹ aūt ho
nestis viris. 2. q. 5. oībus. A. s. qñ ex ip
so ꝓcessu: lꝫ delictū nō sit plene ꝓbatū
tñ accusat⁹ remanet suspect⁹ etiaꝫ soli
iudici: vt pꝫ ī sum. eo. ti. q. 9. vbi hec no
tant ſm Ray. Et facit ex̄ eo. inter solli
citudines. B.

Urgatorium.

Igni purga
torii: etiā si etern⁹ nō sit: miro
tñ mō grauis ē. Excellit. n. oēm penam
quā aliqs vnꝗ̄ passus ē ī hac vita. Nū
ꝗ̄ in carne tanta pena inuēta est lꝫ mi
rabilia martyres passi sint tormēta, ꝛ
multi neqter quāta sepe sustinuerunt
supplicia. hec de pe. dis. 7. c. fi. A. Po
tius vr̄. §. pl̄t. B. Et q̄si eadē. 25. dis.
q̄lis. ī fi. A. Coniūcto. c. g in aliō. B.

Que crimina purgātur ī purgatōio
℞. Nō capitalia ſꝫ minuta. 25. dis. §. al
ea. 2. c. q̄lis hinc. Itē illa pctā de qb⁹ nō
fit sufficiēs pnīa: vt s̄. pnīa p̊. §. 7. ꝛ pe
nitētia 2. §. 4. A. Clari⁹ in purgato
rio purgātur pctā de sui nā venialia:
vel que sunt facta venialia per pnīam
verā si de eis nō est plene satisfactum
de pe. dis. 7. §. fi. B.

Utꝝ exñtes ī purgatorio possint iu
uari ab existētib⁹ ī hoc seculo? ℞. ſm
Pe. Sic. vt pꝫ 2. Math. 12. Sancta ꝛ sa
lubris ē cogitatio ꝓ defunctis exorare
vt a pctis soluant. Nā ꝛ apl's. i. Cor. 12.
loqtur de corpe mystico ad silitudineꝫ
corpis humani. A. Corp⁹ mysticum
dr̄ ecclia Ro. 12. ibi. Multi vnū corpus
ꝛc. B. In corpe ꝟo hūano nā p̄ vnū
mēbrū supplet indigētiā alteri⁹. Ergo
cū gr̄a sit potentior ꝗ̄ nā in corpe my
stico vnū mēbrū pōt supplere indigē
tiā alterius. Et hinc ē ꝙ suffragia mē
broꝝ ecclesie pñt ꝓdesse mēbris idigē
tibus. Quia ꝟo per mortē nō desinūt
eē mēbra eiusdem corpis suffragia vi
uoꝝ pñt ꝓdesse ēt defūctis. Uñ Aug⁹.
Nō ē negādū speꝫ defunctoꝝ pietate
suoꝝ viuētiū posse releuari. Con. Tho.
in 4. dis. 45. A. Idē ī sū. lib. 3. ti. 34.
q. 164. B. Et de hac materia vide. ī.

suffragium.

Urificatio post partum

Utrum ppter partũ debeãt mulieres abstinẽ ab ingressu eccl'ie? R̃n°. Si intrare volũt eccl'iaꝫ ad agẽdũ gratias nõ peccãt: nec sũt ꝑhibẽde. Si tñ ex veneratõe volũt aliq̃ꝫtulũ abstinẽ deuotio eaꝝ nõ ẽ iprobãda: ex̃.e.c.vno

Utrum vir cognoscẽs vxorẽ añ purificatõem p᷒ partũ peccet mortal'r? R̃n°. ſm Guil. Nõ credo: lꝫ videaẗ ꝫ.5.dis.ad ei᷒.33.q.4.si cã.32.q.4.origo.ꝛ.q.7.non solũ. Oia illa capl'a loquũtur de honestate ꝛ consilio. Sꝫ q vxori debitũ reddit his tꝑib᷒ nõ peccat: sed tñ de honestate ꝛ cõsilio nõ dꝫ reddẽ nisi timeaẗ fornicatio: sicut notaẗ dcõ.c.ad ei᷒. A. in glo.q̃ dicit ꝙ iõ his tꝑib᷒ ꝑhibetur vsus m̃rimonialis. qꝛ ex tali coitu nascũtur filii morbosi ꝛ leprosi. Itẽ dicit ꝙ si mulier petit a viro d̃bitũ tꝑe mẽstrui vl' purificatõis nõ dꝫ reddẽ nisi timeaẗ de fornicatõe. Et sic inuit ꝙ dcm̃ Aug. nõ sit de ꝯsilio: sed de debito. Puto ꝙ põt distingui inẗ exactũ ꝛ exigẽtẽ ſm ꝙ p̃dictũ ẽ de tꝑe solẽnitatũ ꝛ ieiunioꝝ.s̃.debitũ cõiugale.§.6°. cũ additionibus. B.

Usillanimitas.

vtrum sit pctm̃? R̃° ſm Tho. scda scde .q.133. Sicut ꝑ p̃sumptõem aliqs excedit ꝓportõeꝫ sue potẽtie dum nitiẗ ad maiora q̃ꝫ possit: ita ꝛ pusillanim᷒ deficit a ꝓportõe sue potẽtie dũ recusat in illud tendẽ qđ ẽ sue potẽtie cõmẽsuratũ. Et iõ sicut p̃sũptio ẽ pctm̃: ita ꝛ pusillanimitas. qꝛ ẽ ꝯ nãleꝫ ordinẽ q̃ vnaq̃ꝫ res nãl'r inclinaẗ ad exeq̃ndã actionẽ cõmensuratã sue potẽtie. Inde est ꝙ seru᷒ accepta pecunia dñi sui fodit i terrã: neq̃ꝫ oꝑatus ẽ ex ea ꝓpẗ quẽdaꝫ pusillanimitatis timorẽ puniẗ a dño: vt hr̃ Math.25°. ꝛ Luc.19°. De p̃sumptõne hr̃ s̃.p̃sumptio.

Uarta

multiplex est. s. falcidia. trebellianica ꝛ legitia siue debita filiis iure nãe q̃ est redacta ad tertiam. De his trib᷒ hr̃ s̃.legitia.§.p̃. Est ꝛ q̃rta đ funeralib᷒: quã debẽt p̃dicatores ꝛ miores đ sepl'turi apđ eos. vt.ĩ.sepl'tura.3°.§.p̃.

Uestuarii.

Questores q discurrũt ꝑ elẏnis ꝑhibẽẗ admitti nisi exhibeãt ꝟas lr̃as apl'icas vel diocesani. A. Lr̃e aũt apl'ice acceptari nõ debẽt p̃usq̃ꝫ fuerit ꝑ diocesanũ diligẽter examinate: vt in cle.abusionib᷒.ex̃ de pe.ꝛ re. B. ꝛ nihil ꝓponãt nisi qđ in lr̃is ꝯtineẗ ꝛ poniẗ forma lr̃aꝝ.ex̃ đ pe.ꝛ re.cũ ex eo. B.

Questuarii tales debẽt eẽ modesti ꝛ discreti ꝛ ne in tabernis aut aliis icõgruis locis hospitẽẗ: nec faciant incongruas expensas: nec assumãt hitũ false religionis.ex̃ de pe.ꝛ re.cũ ex eo.

Ad q̃stuarios nullaten᷒ ꝑtinet p̃dicare: sed tm̃ caritatiua subsidia petere ꝛ idulgẽtiã si quã hñt exponẽ.ex̃ de hereti.vt officiũ.li°.6°. ꝛ in cle.abusionib᷒. de peni. Et si per eos ipediret officiũ inquisitoꝝ possunt ꝛ debẽt ab ipis cõpesci ꝛ remoueri a predicatõe: vt in dicto .c.vt officium.

Questores nõ debẽt cõcedere idulgentias motu suo de facto: nec dispensare sup votis. nec absoluẽ a ꝑiuriis homicidiis ꝛ alis pctis ꝯfitentes sibi. A. Et sic vr̃ eis penit᷒ inẗdictũ offm̃ audiẽdaꝝ ꝯfessionũ. Sed forte hoc intelligiẗ de grauiorib᷒ ꝛ reseruatis: sicꝫ pꝫ in exemplis positi. ꝛ ꝑ rõeꝫ dcẽ cle. abusionib᷒.s.ne auctoritas clauiũ veniat in ꝯtẽptũ. B. Nec male ablata incerta data sibi aliq̃ pecunie q̃ꝫtitate remittere. Nec tertiã aut quartã ꝑteꝫ ꝛ hi᷒ de iniunctis penitẽtiis relaxare. Nec aïaꝫ vt mẽdaciẗ asserũt đ purgatorio trahẽ. Nec plenã pctõꝝ remissionẽ indulgere. Nec a pena ꝛ culpa absoluẽ. Et oia p̃uilegia sup p̃dictis vel aliquo p̃dictorũ reuocata sũt: vt i cle. abusionibus.de pe.

Raptor pº .s. quã do per
violentiam quis rapit
res alienas. Cuius pena
ē ſm leges ꝙ si agatᷣ in
fra ānū ciuiliᷣ puniᷣ ĩ q̈druplū cõputa
ta.s.ipſa re. Poſt ānū ꝟo in ſimplū .ff.
vi.bo.rap.l.i.ꝛ.2.Et ad iſtã penã raptor
q̄dem teneᷣ ſolū poſtq̄ ꝯdēnat' ē: vt
ponit Tho.ſcõa ſcõe.q.62. A .De hº
lati' ē dictū s̄.pedagiū.§.2ºcū additiõe
B .Si ꝟo agaᷣ crimĩaľr: tūc ꝑpť vim
ſine armis puniᷣ in tertiã partē bono
rū ꝛ fit ĩfamis.ff.de vi pu.l.i.ꝑ rñſo.ꝛ .l.
fi.Et de hº vide s̄.infamis.Si aūt cum
armis: puniᷣ deportatõe.s.q2 deporta
baᷣ in inſulã ꝛ ꝑdebat oĩa bõa ſua: vt
in Inſti.de pub.iudi.§.Itē lex iulia.de
vi.Scõm canones ꝟo raptor multipli
citer puniᷣ. Et p̄ma pena eſt q2 excõi
catur.s.ab illo ep̄o in cuius ep̄atu rapi
nã fecit: ex̄ eo.c.ꝑ.6.q.3.placuit. Itē3 de
negaᷣ ei pnĩa: niſi reſtituat ablata: vľ
plenã ſecuritatē ꝺ r̄ddēdo faciat ſi ha
beat vñ poſſit.Si ꝟo cū hēret vñ poſ
ſet diſtulit accip̄e pnĩam vſq3 ad mor
tē: ꝛ ſic ñ põt ſatiſfacere: ſi petat pnĩa3
dabiᷣ ei ꝛ ēt viaticū.Si ꝟo decedit im
penitēs: tūc ꝛ viaticū ꝛ ſepultura ꝺne
gabiᷣ: ex̄ eo.ſup̄ eo.ꝛ.c.in lr̄is. Qꝺ ſi ñ
hēat vñ reddat: nec hēdes nec ꝑping
volūt ſatiſfacē: ip̄e tñ ꝯtritus facit qꝺ
põt lȝ tarde: nõ ꝑuabiᷣ pnĩa ꝛ viatico:
ſed tñ ſepultura ꝺenegabiᷣ: qꝺ ſtatu
tū ē ad terrorē alioꝝ. Preſbyteri ꝟo q
ꝯ̄ p̄dicta fecerit ſepeliēdo ip̄m: ꝛ hi' de
bēt deponi ab officio ꝛ bñficio: vt ĩ di
cto.c.ſup̄ eo.Sed tñ ꝺ occultis raptori
bus ſm Inno.nõ d3 talis rigor ſeruari
ar.ex̄ eo.ĩ lr̄is. A .In dcõ.c.ſup̄ eo. ſic
dr̄.Statuim' vt q̄cunq3 ex his qui vio
lenᷣ ſurrexerint in rapinã ſiue eccľarū
violatõe3 manifeſte fuerit deꝑhēſus:
niſi ꝑus ablata reſtituat ſi poterit.vel
emēdãdi plenã ꝛ firmã ſecuritatē fece
rit pnĩe bñficiū ei penit' deneget. Si
ꝟo vſq3 ad obitū in ꝯtumacia ſua du
rauerit ꝛ in extremis poſit' remediu3
pnĩe poſtulauerit humiliᷣ: ſi emenda
tõem: vel emēdãdi ſecuritatē p̄ſtitēit:
ei pnĩa ꝛ ſepultura eccľaſtica ꝯcedaᷣ.
Qui aūt in ſanitate obſtinata mēte ñ
penituerit vel emēdauerit ꝛ in morte
ſecuritatē p̄ſtare nequerit: ſolennitas
pnĩe paru3 ꝑdeſſe vr̄ ſicut credimus.
Sed de pctõ cõtrito viaticū nõ negeᷣ:
ita tñ ꝙ nullus clericoꝝ ſepulture ei'
inťſit nec ei' elÿnam p̄ſumat accip̄e.
